

Terentius cum cõmentariis.

PVBLII TErentij Aphri comicorum latinorum principis comedie: cum cõmentarijs famatissimorum oratorũ: Uidelicet Donati et Guidonis Juuenalis.

¶ Insup expositio familiarissima Jodoci Badij Ascẽsij in lingua latina peritissimi.

¶ Adiecta sunt et Taurapis Melchinensis in singulas comedias argumenta.

¶ Ad hec Pauli Malleoli Andelacensis in ipsum interpretem: ⁊ ipsius adnotamẽta: necnon in singula scenas preludia et epitomata.

¶ Postremo quedam ab Joanne Brixiẽsi viro clarissimo ⁊ nominatissimo addita. Unde non parum adauctum est hoc opus: vt lectori facile constabit.

¶ Tacemus opus ipsum a bis mille mendis repurgatum.

1529.

Roberto Celari suo Taurapes Melchinēsis. Salu.

A Thercule vituperādum laudare absurdum est: ⁊
consultius est tacere: q̄ de re eximia pauca dicere. Propterea Roberte doctissime. P.
Terentium Aphrum et poetam ⁊ oratorem luculentissimum (quē docti amplectuntur
omnes) non possum nō laudare. Quis enim inq̄ huius fontem accurrit: qui non tanq̄
apes ex floribus fauum collegerit: cui haud immerito comicorū principatus a Dona=
to ascribitur: quapropter tanta afficior admiratione: vt non possim continere quin ridi=
culorum hominū mentionem incidam: qui tam eloquentem tam purum comicū (quod
falsissimū est) petulātem esse aiunt: quia meretricium cōmercium: seruorū fallacias: iuuenū amores osten
derit. Quis vitia ciuium ac priuatorum mortalium detestabitur qui nō eadem narret: Quis alios de eo
de quo loquitur exoratos credet qd̄ nec vituperauerit: nec laudauerit. Comedia enim (vt diffinit Dona=
tus) est fabula diuersa: cōstituta: continens effectū ciuium ⁊ priuatorum qua dicitur quid sit in vita vtile:
quid cōtra euitandū. Quorū itaq; insaniam haud possum nō indignari: forte potius irritantium: q̄ obij=
cientiū diuum Hieronymū (quia oratorie: poesiq; nimis adheserit) flagellis ossa tenus cesum cum eundē
post hunc somnū diligentius perscrutatū gentiles authores esse: q̄ eos ante cursum legisse cōstat. Cedāt
igitur hi tam belli interpretes: quibus Alexandrū linquo. quē (quod recitare pudet) Vergiliano preferūt:
quid em̄ asino cum lyra? Sed cum furno oscitandi certamē inire: est disputandi finē nunq̄ habere cum ne
gantibus veritatē inquirere: est cum Sisipho immēsum saxū voluere. Plus igitur (vt Ciceronis vtar di=
ctis) valebit apud me recta ratio q̄ vulgi opinio. ⁊ me margaritis (nō q̄ illustres inter viros numerādum
me putē) inuoluere cōstitui. Apud nāq; iuristas Canon magis sanctū trahit ad se minus sanctum. Vale.

Iodocus Badius Ascensius Constātino Fradin Bi
bliopole de studiosa iuuentute q̄ optime merito assidueq; merito. S. P. D.

C Ohortatis virorum prestātissime vt nostra in Te=
rentium elucidamenta que cum hisce diebus istic (Lugduni dico) agerem dixi eo animo
collecta quo in vernaculā Gallorum linguā vertantur Constātini Fradin bibliopolarum
diligentissimo ipsius impendio curaq; imprimenda concredā in qua re tametsi nihil mihi
tua authoritate maius: perspectaq; sit amici nostri fides atq; integritas: notusq; ⁊ intus et
in cute illius in scolasticos feruens (vt aiunt) zelus atq; beniuolus animus: hesitaui tamē
parumper dubitans an illius sint ere atq; accuratione digna. Sunt etenim sermo fere plebeio atq; humi
li eruditionis (ni fallor) bono atq; sententiarum vtiliū plus q̄ satis atq; elegantiarum habentia quippe
vulgo (vt dicimus) illiterato destinata. Quocirca in hac tandem cōcessimus sententiam: vt prenotamen=
ta et primi prologi primeq; scene glossemata veluti pregustamēta quedam de reliquis periculum factura:
illius fidei etiā integra atq; immutata cōmittam cetera mihi recepturus dum hec largos retulerint ma=
nipulos. Recognoui tamē totum opus: atq; singulis in quibus operepretiū visum est scenis annotatiun=
culas adieci. Que omnia ad tuam refero prudentiā. vt si digna censueris imprimātur q̄primum sint mi=
nus ad nostrā redeant limam. Tantū volui. Vale et Constantinū nostrum itidem saluere et valere iube.
Ex illustri Parrisiorum Gymnasio ad Kalendas Augusti. M. quingentesimo quindecimo.

Iodoci Badij Ascē. familiaria prenotamēta Teren.

Quoniā diutius ille Plato in principijs rerū cogno-
scendis immorandū non ab re censuit. Nam vt post eum Aristoteles inquit modicus error: in principio
maximus fit in fine. Et vt iurecōsultus de ori. iu. Cuiuslibet rei potissima pars principiū est. ideo q̄ idē
Aristoteles. Qui inquit principia alicuius sciētie ignorat: certū est illum nō habere scientiam. has inq̄
ob res prinsq̄ ad comediarū Terentij facilē explanationem accedam: cōstitui pluscula que pro singulis
comedijs sunt cognoscenda imperite iuuētute aperire eaq̄ in capita distinguere: vt ea cōmode citare posthac possim.
Ceterū quia Cicero in primo de offi. inquit. Omnis que a ratione suscipitur de aliqua re institutio debet a diffinitione
pficisci vt intelligatur q̄d sit id de quo disputet. Ideo a definitione comedie inciperē: sic ab illiteratis facile capi posset
qd q̄ fieri nequit pnotabo primo q̄d sit poeta. Deinde quotuplicia poetarū scripta. Tum q̄d comedia et q̄d ab alijs diffe
rat. Quō comedia et alij ludi scenice fuerint instituti. Qui fuerint inuētores. Quousq̄ excreuit. Quotuplices sint come
die. Que et quales sint comediarū partes. Deinde que sint comediarū huius opis cause cum alijs cōmode occursuris.

¶ Quid sit poeta et quanta eius dignitas.

Poeta pprie is dicitur qui excellēti ingenio pditus diuinoq̄ furore cōcitus et maiora q̄ que solo humano in-
genio excogitari posse videantur elegāti carmine cōscribens: ad diuinū artificiū proxime accedit. Quod Ho
ratius in. i. sermonū sic dicit. Primū ego me illorū dederim quibus esse poetas excerpā numero: neq̄ enī con
cludere versum dixeris esse satis: neq̄ si quis scribat vti nos sermoni ppria putes hūc esse poetā. Ingenium
cui sit cui mens diuinior atq̄ os. Magna sonaturū des nominis huius honorē. Idcirco q̄dā comedia necne
poema esset quesiuere q̄ acer spūs ac vis. Nec verbis: nec rebus inest nisi q̄ pede certo differt sermoni sermo me⁹ hoc
ille. Quibus attestatur nō mereri poetā dici nō qui habeat precipue tria videlz ingeniū. i. ingenitā virtutē excogitāda
rum rerū et mentē diuiniorē quā ceteri: ita vt sit diuino interdū furore cōcitus vsq̄ adeo vt supra se nonnūq̄ dicat atq̄
de poemate sua dicere possit cum Ouidio. Plus sibi cōmisit cōpositore suo. Unde idē de poetis. Est deus in nobis agi-
tante calescimus illo etc. Et os magna sonaturū. i. cum diuite vena et vbere ingenio artificiū prestans quia alterū non
sufficeret: sic attestatur in de arte poetica. Natura fieret laudabile carmē an arte quesitum est ego nec studiū sine diui-
te vena nec rude quid possit video ingenium alterius sic. Altera possit opem res et cōiurat amice. Quod ergo alibi di
cit idem Hora. Non satis est puris verbis p[er]scribere versum. Quia tamē auctor noster se poetā in primo verbo operis
sui cēset sciemus q̄ de poeta dupliciter loqui possumus generaliter et spāliter. Generaliter aūt omnis is poeta dicitur
qui saluo rerū et verborū decoro artificiosa carmina facit. Nam a faciendo poeta dictus est. sonat enī poeta idem qd fa-
ctor: et a verbo greco poio qd est facio seu creo deflectitur. Et hoc modo qui sine figmento poetico scribunt: si artificiū et
decorū carmina seruāt poete appellari possunt: vt Luca. quē vt dicit Seruius et etiā in disticis attestatur Martia. ideo
multi negāt esse poetā historiā sine figmentis descripsit narrādo res mere vt geste sunt. Similiter qui circa poeticū fu
rorem atq̄ altisonū stilum scribūt si aptissime decorū seruāt poete vocari possunt: vt comici et satyrici: dico si aptissime:
quia licet in alijs artibus mediocres laudātur: iuxta qd dicit Philosophus mediocre laudamus tanq̄ bonū. In poeta
tamē nullus laudatur nisi in suo genere scribēdi ad summā vsq̄ ad pfectionē puenerit. Unde est illud Horatij de arte.
Mediocribus esse poetis. Non dij nō hoies cōcessere colūne: neq̄ dij neq̄ hoies neq̄ colūne in quibus solebant affigi
poetarū scripta cōcedunt poetis esse mediocribus. immo necesse est summi sint aut a poetica professione abstineant. Hi
ergo qui humilia scribūt: vt q̄libet speret se idē posse scribere: si tn̄ poete appellari mereantur necesse est ita economiā. i.
seriē et ordinē nectant: vt vir aliquis nisi peritissimus fuerit eos imitari possit. Et qd ibidē dicit Hora. Ut sibi quis spe
ret idē sudet multū frustraq̄ laboret. Ausus idē tm̄ series iūcturaq̄ pollet. Ecōtrario aūt sunt qui spm̄ et furorē poeticū
habēt: sed nō carmine immo soluta oratione eloquūtur: sic tn̄ vt furore poetico accensi videātur. Et hi potius vates et
prophete vocātur quā poete eo q̄ poetarū officiū sit facere diuina carmina. Inter quos frater Baptista mātuanus car
melita vir nostra tēpestate facile doctissimus diuū Augustinum cōnumerandū dicit pro eo sermone de Epiphania quī
incipit. Post miraculū virginei partus: vbi Augustini verba sunt. Tūc luna recedētibus astris per mediā celi semitā
pulchris aurea motibus ibat: et iter suū radijs aperiēs patētes cāpos placidis accessibus honestabat. Dum ergo rosee
polum faces et noctē fulgurantia astra discernūt: tunc insolitū repēte natura lumē extimuit pauit subito stellifer axis:
et astra tremula famulātur ad cunas. Hucusq̄ Augustinus. de quibus Mātuanus vides inq̄t: hec verborū series q̄ta
eloquētie spuma luxuriet. q̄to dicēdi feratur impetu: q̄to rutilet illustrata splēdore: quis neget hūc fuisse poeticū furo
rem poterat tūc veraciter de se dicere. Est deus in nobis agitāte calescimus illo. hec ille semp ergo diuin⁹ ille furor qui
poetis dat carmine exprimit. Uerū vt dicit Hora. in sermonibus facile agnoscitur q̄ a poetico spū dictū est. Nam licet
ordo et cōpositio versus destruat. tamē inuenies in eo disiecti mēbra poete. Frequentissime aūt euenit q̄ qui eū spm̄ ha
buerunt: carmine vsi sint: vt ptz de phisicis oraculis q̄ apollo qui a gētilibus pater et p̄ses poetarū dr̄ olim dabit in he-
roico carmine. vn̄ Plini⁹ in naturali historia dicit heroicū carmē ab oraculis primo inuentū. vn̄ etiā Hora. in eodē lib.
de arte poetica dicte p carmina sortes. Et vite mōstrata via est et grā regū pierijs tentata modis. et iterū. Ne forte pudo
ri sit tibi musa lyre solers et cātor apollo. Itē pphetie et respōsa sybillarū etiā carmine dabātur: sicut plurima scripta he-
breorū pphetarū: vn̄ canit ecclesia. Si nō suis vatibus credā vel gētilibus sibillinis versibus hec p̄dicta. Sunt ergo va
tes apud iudeos qui etiā carmina scripserūt. Nam vt Beroaldus vir multo omniū doctissimus attestatur: pphetarū
princeps Dauid Psalteriū suū numeris poeticis cōcinuit. Quod vt inq̄t Hier. in morē Horatij Flacci et pidari nūc iam
bo pede currit nūc alcaico versu psonat: nūc sapphico tumet: nūc semipede ingredit. Itē Esaie Job et Salomonis lucu-
lenta volumina exametris et penthametris versibus vt Josephus et Origenes scribunt apud Hebreos cōposita decur-
runt. Quinetiā vt Cassiodorus testatur. Omnis poetica elocutio a diuinis scripturis sumpsit exordiū. De xp̄ianis aūt
certū est paulinū nolane vrbis epm̄ Hieronymi cōtemporaneū et familiarē carmina poetica que adhuc extāt scripsisse.
similiter et Ambrosiū Mediolanēsez archiepm̄ Hymnos tāq̄ ex pindari optimi Lyrici poete officina pfectos scripsisse.
Similiter et Fortunatū elegiacos versus et venerabilē Bedā pbr̄m de cōponēdis versibus libellū studiose composuisse.
Sed q̄d multa. Nōne leges nōne decreta poetarū: dictis tāq̄ ab oraculo platis fulciūtur. Nōne etiā Augu. Hierony. et
Lactantius tria xp̄iani dogmatis lumina clarissima: scatente authoritatibus poetarū. Sed quid maius loquar cū apts
Paulus vas electionis: tuba Euāgelij et sanctarū scripturarū armariū poetas studiose lectitasse videtur. Qui ad Titū
scribēs versiculū vsurpat epimenidis poete. Cretes semper mēdaces male hostie vētres pigri vbi alij tn̄ legūt: Creten-
ses et vētris pigri. Et in alia ep̄la Menādri Comediarū principis carmē allegat. Corrumpūt bonos mores cōfabula-
tiones pessime. Et apud Athenienses in areopago hoc est martis curia disputās aratū poetam testē citat. Ex quibus
omnibus patet diuinos plane viros et diuino spū efflatos carmina vtplurimū edidisse et sanctissimos illis studuisse.
Quocirca q̄q̄ generaliter poete dici possunt qui in solo artificio et apto decoro carminū prestāt sine diuino illo furore
et poetico figmēto. Itē qui soluta oratione locuti sunt admirāda ex quodā poetico furore profecta. Tamen spāliter ve
rus et perfectus poeta dr̄ qui vtrūq̄ habet et sententiarū admirabilē dignitatē spiritusctō cooperāte cōpositā et oratio-
nis decentē maiestatē: quē quidē poetā in principio huius capli descripsimus ad quā descriptionē nūc reuertor. dixi

itaq ꝙ poeta is ꝓprie dicit qñ excellēti ingenio est preditus. Requirit enim in primis ꝙ poeta habeat perspicax inge
nium: hoc est excellētes vires sibi a natura ingenitas ad admirandas ⁊ nouas res inueniendas. Et adinuentas de=
dite exprimendas cōuenientes. Ideoq vulgo dicit ꝙ poeta nascitur ⁊ orator fit: hoc est ꝙ poeta beneficio solius na=
ture ⁊ ingenij sine doctore aut magistro perfectus esse pōt eo ꝙ spm poeticū ⁊ excellentiā in rebus excogitandis non
a doctore: sed a deo ⁊ eius ministerio natura recipiat. Cui opinioni videt consensisse antiquissimi ⁊ summi poete vt
Hesiodus apud grecos: ⁊ Ennius apud romanos. Nam Hesiodus dicit se nō labore studio poeticā artem acq̄siuisse
sed cum oues suas iuxta astrē ageret quodam tempore a musis fonte quem cabalinū vocant potū. Unde statim poe=
ta prodijt: et Ennius dicit se somniasse in mōte pernaso ꝙ animum homeri in se susciperet: quo suscepto statim poeta
euasit: quam rem sibi non euenisse dicit persius in principio operis sui sic. Nec fonte labra ꝓlui cabalino. Nec in bi=
cipiti somniasse pernaso. Minimi vt repente sic poeta prodirē. Addo diuino furore concitus: hoc est qñ poetica car=
mina facere velit rapiat a diuino furore. hoc est vt dicit Hora. ꝙ mens sit ipsi diuinior q̄ alijs omnibus. Ideoq per=
fectissimi poete de quib' nunc loquor quando poeticū opus facere proposuerunt inuocabant semꝑ musas. i. sciētiarū
inuentrices: hoc est spiritum diuinum sine quo id perficere non possent tantū enim necessario requiritur poeticus fu
ror: vt Plato ⁊ Democritus dicere soleant ꝙ frustra poeticas fores pulsat qui compos est sui. hoc est ꝙ frustra ad poeti
cas fores accedit: vt poeta fiat cuius animus nō est diuino furore raptus. Unde est illud Horatianū in lib. de arte poe
tica sepe allegato in quo irridet quosdā stultos qui se poetas fingunt sic dicens. Ingeniū misera: q: fortunatius arte.
Credit ⁊ excludit sanos helicone poetas: democritus bona pars non vngues ponere curat. Non barbam secreta petit
loca balnea vitat. Nanciscetur enim pretium nomēq poete. Si tribus anticyris caput insanabile nunq̄ tonsor lici=
no cōmiserit. Q: inquit Democritus philosophus credit ad hoc vt quis sit poeta ingeniū esse fortunatius arte: hoc
est plus facere quā artē que per studiū acquirit ⁊ q: idē excludit ab helicone monte poetis sacro: hoc est a cōsortio poe
tarū oēs viros sane mentis. Multi dicit hodiernis tēporibus simulā te stultos ⁊ insanire. Putant enim nomē et lau=
dem poete se merituros si nō raserint caput suū: quod tam freneticū ⁊ furibūdū habēt: vt nō possit purgari. si totum
boletū qd crescit in tribus antyricis haberēt cū tñ boletū qd in vna insula antiryca dicta nascit aptissimū sit ad super=
fluos humores qui furorē ⁊ insaniā faciūt exsiccandos. Quibus verbis nō vult Hora. ꝙ ad poetam nō requirat poe=
ticus furor: sed vult ꝙ stulti sunt qui putāt se poetas qñ ex defectu rationis aut ex leuitate morū insaniūt. Non enim
poeticus furor humana industria acquirit: sed a spiritusancto tūc dat qñ hō totus raptus est: et deus ab eo susceptus
rationē humanā cōprimit: vt verius a deo q̄ ab hoie dictū videat. Ideoq antiqui poete iuxta lectū suum ceratos pa=
rietes ⁊ stilū habuerūt: vt quotiens spm illū poeticū haberēt recēter scriberēt: qd etiā ipsi qui cōposuerant ⁊ scripserant
admirabant ⁊ vix intelligebāt. Et q: sine poetico furore nemo poeta est. Ideo a poetis dictare poetica carmina insani
re dicit: vt in Uerg. in carmine buccolico. Insaniret libet quoniā ⁊c. Et de sibilla tertio Eneid. Insanā vatē aspicies ⁊c.
Ideo aūt ꝓphetātes insanire debēt: q: si sane mētis essent non adeo sed ab hoie dictū putaret. Et ꝓpterea nō habeba
tur fides ꝓphetis nisi ruptis illo furore. Scias tñ ꝓphetas sepe esse interpretes atq nūtios eorū que deus ipsis dixe=
rit: ⁊ tūc nō debēt furere: sed solū qñ spiritus dei per os eorū loquit. Aliud enim inquit Hieronym' est esse vatē aliud
esse interpretē. Ibi. i. in vate spiritus vetura predicit. hic eruditio ⁊ verborum copia ea que intelligi transferrt. hec ille.
Et ꝙ spūs ille mētē capiat ⁊ insanire quodāmodo faciat ꝑz etiā primi Regū. xix. Ubi de Saule dicit ꝙ postq̄ spiritū
ꝓphetie receperat expoliauit etiā ipse se vestimētis suis ⁊ ꝓphetauit cū ceteris corā Samuele: ⁊ cecinit nud' tota die il
la ⁊ nocte ⁊c. ꝙ certe diuini furoris indiciū fuit: quo q̄dē furore apti rapti videri potuerūt: dū vt habet act. ij. Irridētes
eos dicebāt: q: musto pleni sunt isti. verū vt ad poetas reuertar. Uer. hac de cā. vj. Eneid. Dicit sybillā dū Enee respōsa
daret etiā inuitā a deo possessam: sic ꝙ furere tota videret. Uerba eius sunt. Uētū erat ad limen quū virgo poscere fa=
ta tps ait. deus ecce deus: cui talia fanti ante fores subito nō vultus nō color vnus. Nō cōpte mā ere come: sed pectus
anhelū. Et rabie fera corda tumēt: maiorq videri. Nec mortale sonans afflata est minime qñ iā ꝓprie dei. At paulo=
post. Et phebi nondū patiēs immanis in antro. Baccat vates magnū si pectore posset. Excussisse deū tāto magis ille
fatigat. Os rabidū fera corda domās fingitq premēdo. Ex quibus oibus satis habet ꝓphetā qñ futura predicit a spi
ritu excitari. Similiter ⁊ diuinū poetā qñ grauissima ⁊ planissima carmina quib' delphici quidē ⁊ oraculo digni sen=
sus cōtinent ingenti ore ei fundit diuino quodā furore supra se rapt: ⁊ deo proximū fieri. Sed q: de furore loquimur.
Sciēdū est vt supra diximus ꝙ duplex est furor mal' ⁊ bon'. Malus is est q̄ ex humanoꝝ perturbatione aut ex nimio et
immoderato circa q̄uis rē studio nascit ⁊ hoiem in insaniā trahit. Bonus aūt furor qui diuinit' infundit: is est qui
hoiem supra hoiem erigit ⁊ deo primū dū illo efflat reddit. Quapropter apud Platonē quatuor diuini furoris spēs po
nunt quas ne lōgus nimis fiā sic habeto. Prim' est in amore atq pulchritudine. Scōs in deuotione ac misterio. Ter
tius in armonia ⁊ poesi. Quart' in vaticinio ⁊ ꝓphetia. Primo furori antiq̄tas finxit venerē preesse: scōo bacchū: tertio
musas: quarto apollinē. his aūt quatuor furorib' bonis: alij quatuor q̄ hos falso imitant opponunt. Nā quotiens ex
visibiliū decore atq pulchritudine rapimur ad ꝯtēplādā diuinā pulchritudinē eius mia fecit: incēdimur quodā igne
amoris atq desiderij: ita spūs noster corporis huius carcere euolasse videt atq illi adherere qui oim pulcherrim' est:
cū quo dū anim' versat oēs corporei sensus occlusi sunt ita vt furere ⁊ insanire videamur. quē q̄d est furorē pauci atq
adeo perfectissimi in terris percipiūt. huic amori qui ex visibiliū pulchritudine ad inuisibilē dei decorē desiderandum
nos ducit impedimēto: est amor libidinosus ⁊ lubricus quo rerū qui oculis cernunt pulchritudine amāda ꝯtinemur:
nec vltra cōsurgemus ⁊ is ꝑfecto manifestus furor est. Unde dicit in scda comedia Terētij here que res in se neq consi
lium neq modū habet vllā eā cōsilio regere nō potes ⁊c. Quāta aūt mala ex furore inepti amoris oriant nemo nescit.
Quantū vero dulcedinis quātūcūq boni illo diuino amore est nemo scit nisi paucissimus quisq qui illo furore aliqñ
raptus fuerit qualiter virgo maria quando ait. Et exultauit spūs meus in deo salutari meo. Scōs amor huic similis
est: qui in illis datur qui in dei misterio ita attenti sunt: vt supra se quoq rapiant: atq celestia dūtaxat contēplant: ita
vt terrenorū oim memores sint quo quidē furore maria magdalena rapta fuit dū immemor pristine pompe sue se ad
pedes dñi quos lachrymis suis irrigatos capillis tersit. Item quādo in deserto ab angelis exaltata humano nō eguit
alimento. hoc etiā furore tactus erat diuus Francis. dū oim se minimū gereret: et tam ardenter xpi vulnera meditare=
tur: vt eorum stigmata suo ipsius corpori infigeret. huic aūt sancte religionis ⁊ deuotionis furori obest superstitio q̄
est vana religio que est sepe in hominibus ex antiquitate delirātibus. Quinetiā ex nimia deuotione interdū hoies in
corporis insaniā vertunt: quocirca canone cautū est: vt regulata sit deuotio. Tertius furor q̄ in armonia est generatur
in nobis quotiēs et concentu ex cōposita sonoritate modulorū quos hic auribus percipimus trahimur desiderio ce=
lestis armonie qua in motu celestiū sperarū platonici debēt. sic ꝙ oēs corporeorū sensuū vires quasi vincte videntur.
Nosq toto spiritu ad eā musicā ⁊ melodiā percipiēdā anhelamus in morē amentiū ⁊ insanientiū. Et is furor est qui
diuinis poetis dat: qui perfecto cōcētu numeroꝝ versus altisonos raptu in spiritu addūt. huic aūt est cōtrarius leuis
ille et bon' cantus quē solis aurib' percipimus. Quart' furor q̄ in vaticinio cōsistit satis ex superioribus manifestus
est. Illi aūt cōtra ponunt prudētia ⁊ sagacitas. Nā si futura predicimus diuino spiritu ꝯcitati: a quo vt dixi supra nos
rapimur: ⁊ furore sacro incēdimur iā vaticiniū. i. prophetā facimus ꝙ si que futura sunt quadā sagacitate ꝓspicimus

prouidentia dr̄ nō vaticiniū: similiter si aut coniecturis aut signis naturalibus: vt astris: auibus: elementis: aut alijs
quibusuis futura predicimus: non tamē ꝓphete erimus: qꝛ ea rōne nō furore cōcepimus: sed hec satis de furore. Ut
vero ad poetā reuertar. Scies ꝙ vetus poeta ⁊ musico furore q̄ in armonijs est rapit̄ quocirca muse poetis presunt.
Nam ⁊ poete ipsarū sacerdotes sunt. vn̄ Uerg. in geor lib. ij. Me vero primū dulces an̄ oia muse. Quarū sacra fero
ingenti ꝑculsus amore. Accipiant celiq̄ vias ⁊ sydera monstrēt. Interdū furore q̄ in vaticinio est. Naꝫ sepe vates. i.
ꝓpheta nūcupat̄: quocirca etiā in tulela apollinis est q̄ vtriq̄ ꝑponit̄: ⁊ vaticinio ⁊ armonie. Nā vt dicit Uerg. In me
deo residēs cōplectit̄ oia phebus. Quicq̄d inquit ꝑticulatim muse inuenerunt: ⁊ cōtinēt. hoc apollo seu phebus q̄ in
earū medio residet cōplectit̄. Quare aūt in medio musaꝝ ponit̄ poteris ſm platonicos rn̄dere q̄ musas in orbib⁹ ce=
lestibus posuerūt: dicūt em̄ vt author est Macrobius singulis orbib⁹ singulas syrenas. i. dei cātatrices ꝑsidere. Inter
planetaꝝ aūt orbes medi⁹ est solis. sunt ⁊ alie rōnes que ad hūc locū nō pertinēt. Item qꝛ poete sacerdotes sunt vt
paulopost latius dicā: sacerdotes aūt sacris ⁊ mysticis presunt: q̄bus bacchus dux est. Iō etiā in tutela bacchi repo=
nunt̄. nā ⁊ veri poete nūq̄ regionis expres fuerūt. Quin ipsi fuerunt q̄ diuina officia instituerū: ⁊ hymnos ⁊ cātica in
dei laudē cōcinuerūt: q̄ circa ⁊ mistico furore poetam: semp concitari certissimū. Et si teris diuinos illos furores poe
tis dederis: scio ꝙ primū qui in amore est nō negaueris: si em̄ poeta ingenio ⁊ scientia ceteris ꝑstare debet certuꝫ est
ꝙ eoꝝ q̄ videt ꝑfecti⁹ q̄ ceteri pulchritudinē discernit q̄to aūt q̄d intentius noscit eo vehementius amatur. Naꝫ vt
vulgo dr̄ dicit̄ oportet prius noscere q̄ amare. Quia ergo oim rerū pulchritudinē poeta ꝑfectissime noscit hinc eue=
nit ꝙ sepe etiā humano amori inseruit. Uerūtamē qꝛ poeta armonie numeros q̄bus de⁹ ſm platonicos ⁊ celi ⁊ hoim
cōpaginē cōposuit latissime ꝑspicit. Nā ad eoꝝ similitudinē versus suos modulat̄: deinde qꝛ diuino spiritu quo ad
futura predicēda sepe concitat̄ familiare prebet pectoris sui habitaculū. Et tertio qꝛ religionis ⁊ sacrificiorum ma=
xime peritus esse debet: vt q̄ dei sacerdos est: ⁊ officiorum scriptor hinc est ꝙ pulchritudinis sciētie ⁊ bonitatis diui=
nene ꝑfectissimus corgnitor ⁊ scrutator esse debet. ⁊ per ꝯn̄s etiā amator ingēs vsq̄ adeo: vt pre diuino amore fure=
re q̄nq̄ videatur. Unde illud qd̄ dixit Uerg. in. j. geor. Quaꝝ sacra fero ingēti ꝑculsus amore. Si ergo quatuor illi
diuini furores poete cōcedunt̄ recte diximus ꝙ poeta est diuino furore cōcitus maxime ꝓpter vaticinādi furorē. Et
qꝛ cōcētu ⁊ furorē excitat̄ propter armoniā cuius poesis ꝑncipalis pars est quo quidē furore raptus habet: vt dicit
Flacc⁹: os magna sonaturꝝ. ideo subiecit altiora atq̄ digniora q̄ q̄ a solo humano ingenio excogitari posse videan=
tur: eleganti conscribibēs carmine ⁊c. Qꝛ licet ois verus poeta diuino furore cōcitet̄ nō tn̄ cōtinuo sequit̄ ꝙ ois poe
ta eque elegās atq̄ disertus sit. Spiritus em̄ ille diuin⁹ poetis sensum nō ꝟba infundit. Ideoq̄ vt q̄sq̄ in dicēdo stu
dio ⁊ arte fact⁹ sit eruditissimus: ita doctissime locut⁹ est. Quāobrē hieronym⁹ in ꝓlogo hieremie dicit. hieremias
sermone q̄dem apud hebreos esaie ⁊ osee ⁊ q̄busdā alijs ꝓphetis vr̄ ēsse inscitior sed sensib⁹ par est. q̄ppe q̄ eodem
spū ꝓphetauerit. Porro simplicitas eloquij de loco ei in quo nat⁹ est accidit. hec ille. Recte ergo hora. dicit ad poe
tam ꝑfectū req̄ri studiū ⁊ eruditionē. Nūc ergo vt tandē finē faciam⁹ ad vltimā ꝑticulā veniam⁹ qua dr̄ ꝙ ver⁹ poeta
ad diuinū artificiū ꝓxime accedit. Ad quā declarandā nō indignū puto q̄dā dei artificia sub oculos nr̄os referre.
Quorum illud primū. Quod solus deus ops̄ oia ⁊ visibilia ⁊ inuisibilia ex nihilo creauit. Scd̄m ꝙ in admirāda toti⁹
vniuersi machina nihil est ꝙ nō quadret atq̄ cum alijs partib⁹ ꝯsentiat: vt numeri ⁊ ponderis ⁊ mensure rationē cō
tineat. Tertiū ꝙ in tanta rerū multitudine atq̄ varietate nihil sit ꝙ nō suū vsuꝫ suāq̄ pulchritudinē habeat: cui ad=
di pōt tā iusta atq̄ ordinata rerū tēporūq̄ vicissitudo. Quartū ꝙ solus deus aiam pctō mortuā ad vitā ꝑ gr̄e largi=
tionē vocare pōt: q̄ in re diu⁹ Aug. nō putauit min⁹ esse miraculi q̄ in mūdi ex nihilo creatione. In mūdo em̄ creādo
nihil erat resistātie: cū nulla esset ꝑiacēs materia: i aia aūt peccatrice iustificāda sepe resistit mala volūtas nr̄a: qꝛ cer
tum est vt idē dicit ꝙ qui fecit te sine te non saluabit te sine te. Quintum ꝙ solus deus q̄ nobis incerta atq̄ contingē=
tia sunt sua ꝓuidētia certa discernit: ⁊ certe futura esse predicere potest. Sextum ꝙ solas deus bene sancteq̄ viuēti=
bus mercedē cōdignā ⁊ eternā vitā retribuere pōt. Qualia q̄dē officia diligētissim⁹ quisq̄ in deo multo plura inue=
niet. Sed nos ea posuim⁹ atq̄ poeta proxime accedit. Unde quantū ad primū artificiū ꝑtinet sciēs ꝙ sicut deus oia
ex nihilo creauit: ita poete maxime comici ex argumento hoc est materia rei non geste: sed q̄ geri potuit opus suū tā
subtiliter cōgruūt. vt quicūq̄ ipm̄ legerit rē gestam ⁊ non fictam cōtinere putet. Quinetiā ꝑfectissimi poete q̄ in altis
simo stilo versant̄ vt heroici: ⁊ tragici: sepe fabulas tam artificiose cōponunt: vt quod neq̄ factum est neq̄ fieri sine
mendacio factum esse dicere videant̄. Sed vt de hac re etiā aliquid dicā: scies vt innuit Cicero in primo rhetorico=
rum ad herēnium ꝙ narrationum q̄ in negotijs sunt triplex est materia: aut enim historia cōtexitur: aut argumentuꝫ
cōponitur: aut fabula fingitur. historia inquit est res gesta: sed ab etatis nostre memoria remota argumētū est ficta
res que tamē fieri potuit: velut argumēta comediarū. Fabula est q̄ neq̄ veras neq̄ verisimiles continet res: vt he q̄
a tragedis tradite sunt: vt Cicero ex q̄bus habetur ꝙ eorum qui res scribunt: aut oino veritatē sine aliquo figmen=
to sequuntur vt sunt historiographi quos Lucanus imitatur. quapropter multi eum poetam negant. et Quintilia=
nus oratoris magis q̄ poete imitandum dicit: aut partim veras aut partim fictas scribunt: vt poete qui cum rebus
gestis fabulas admiscēt: quales sunt poete heroici q̄ regū ⁊ principū gesta describentes diuinas personas intermi=
scent sub quarum pretextu fingunt fabulosa. i. qui neq̄ vera sunt neq̄ verisimilia saltem vt narrātur quales sunt fa
bulose de deorum adulterijs de incestu iouis nūc in cigni nunc in tauri: nunc in plume auree: nunc in alterius speciē
versi: ⁊ de bellis a deo cum mortalib⁹ gestis. Item de hominibus valentibus: aut in fluuios: arbores aut beluas ꝯsi:
⁊ de hmōi alijs multis q̄ a poetis finguntur. Quocirca multi eos aspernant̄ tanq̄ mēdaces ⁊ vanos adducētes illud
Aristotelis. Multa mentiuntur poete. illud quod in catone dicitur. Admiranda canunt: sed nō credēda poete. Qui=
bus poetarum criminatoribus Baptista mantuanus egregie rn̄det dicens. Quid ad hoc aliud respōdebo q̄ quod a
Lactantio firmiano viro ⁊ christianissimo ⁊ doctissimo in diuinarū institu. lib. dictum repperi: dicam igitur poetas
veracissimos esse sed oportere volētes vos intelligere premonitum esse nō noia solū sed res ipsas apud poetas ⁊ sa
cros codices aliquando significare res alias ⁊ sic fieri vt cōsiderāti tm̄ voces ⁊ prima vocū significata nō solum poe
tarum: sed ⁊ scripture sacre textus insulsi salsiq̄ videant̄. hec ille. Ueri sunt ergo poete: sed nō vere ab oibus intelli
guntur. Nam sub poetico figmento sepe res diuine latēt ⁊ sepe naturales: vt hi sciunt quicq̄d deorum oibus apud
poetas intelligantur cognoscunt. Sepe ergo poete cū veris nō falsa: sed ambigua. ⁊ qui sane intelligi volunt admi=
scent. Nam poete nocti historiā veram multa figmenta adijciūt ad exornādos versus suos: qui quidem figmenta si
ad literaꝫ intelligant̄ fabulosa sunt: hoc est neq̄ vera neq̄ verisimilia. Sed si latentem sensum decerpere voluerim⁹
tunc maxime veros diceremus: q̄n eos mandaces alij somniant. In hoc em̄ ꝙ obscure loquuntur prophetas imitan=
tur. Unde de sybilla dr̄. in. vj. eneid. ꝙ erat obscuris vero inuoluens hoc est veris obscuritatem admiscens. Unde etiā
oracula apollinis semper vera apud anq̄tiquos credebant̄ sꝫ vtplurimū obscura ⁊ ambigua. Alij autē rem que ne=
quaq̄ gesta est: quotidie tamen fieri potest ita componunt. vt gesta credatur: vt in comedijs in quibus boni mores
⁊ viuendi norme docentur. Materia tota ficta est ab ingenio factoris seu poete non tamen dicetur propterea factor
ipe mēdax: qꝛ nō vt rē gestā: sed vt eā que geri pōt narrat. Imitant̄ ergo sepe peote deū in hoc ꝙ nō mō materiā gestā
exornant sed interdum totā fingunt sicut deus non solum per naturam facit: vt similia vt similibus procreentur: sed

primā materiā omniū rerum ex nihilo fecit:quo circa apud grecos eodē vocabulo factor celi ⁊ terre:et factor poe-
matis appellatur vcꝫ poeta. Nā in symbolo apostoloꝝ vbi ecclesia nostra canit modo factorē mō creatorē celi ⁊ terre
greci psallunt poetā. Item quo ad scōm sicut deus oia que fecit licet multa inter se cōtraria sunt quadā ꝓportione
inter se quadrare fecit atqꝫ congruere:sic vt licet particulariū rerū fiat generatio ⁊ corruptio: totum tñ vniuersum
ꝑmanet i esse suo:sic poeta totā cōpositionē suā ꝗuis ex varijs collectā : vt poete ex diuinis hūanis fabulosis ⁊ olno
veris sic cōstruit:vt seruet illud quod Horatius precipit atqꝫ ita mentitur sic veris falsa remiscet. Primo ne medium
medio ne discrepet imū hoc est poeta ea que preter hystoriam veritatē inserit:atqꝫ ita que mentiri videt̄ ⁊ ea fabulo
sa qui cū veris cōmiscet sic inquit cōficiet ne principium discrepet medio nec mediū fini:hoc est cōpossibilia sint neqꝫ
ꝗꝗ poetis licitū est fingere ꝓpterea q̄ cōtra naturā sunt:aut qua secū pugnantia sunt finget. Uñ idē Hora. pictorib⁹
atqꝫ poetis:cuilibet addendi semꝑ fuit equa ptās. Scimus ⁊ hāc veniā petimusqꝫ damusqꝫ vicissim. Sed nō vt pla-
cidis coeant immitia:nō vt serpētes auib⁹ geminant̄:tigrib⁹ agni. Dicet inqͭ forte aliqͥs ꝙ pictorib⁹ ⁊ poetis semꝑ
licitū fuit operi suo aliquid addere ⁊ fingere ꝓ libito. quō ergo principis hortati:ꝙ opus poeticū erit vbiqꝫ sui simile
cōsonū. Rñdet nos scim⁹ ꝙ licitū est poetis ⁊ pictorib⁹ fingere ⁊ addere operi suo aliqͥd qd̄ de necessitate nō est:et
hoc cōcedim⁹ alijs poetis. ⁊ si idē facim⁹ petim⁹ vt nobis etiā veniā cōcedat̄. Nō tñ sic licitū est poetis aut pictorib⁹
addere vt cū placidis ponant̄ immitia vt cū serpētib⁹ socient̄ aues ⁊ cū tigrib⁹ agni:hoc est sicut ab oibus dānaretur
pictura in qua lup⁹ aut tigris que ferocissima bestia est:staret innocuus aut innocua inter agnos. ⁊ aues. ⁊ cicona:⁊
ibis ponant̄ inter serpētes nec deuorēt eas aut ecōtrario dracones feroces cū paruis auib⁹ ponant̄ innocui:sic riden-
dus esset poeta : si aliqͥd describeret ꝙ nō esset verisimile. Aut si in vna ꝑte operis sui poneret cōtrariū eius qd̄ in
alia positū esset. aut si alte vt auis primū volauerit:⁊ postea vt serpēs in terris rep̄serit:hoc est si principiū opis i al
to stilo cōponat:⁊ mediū aut finē in humili aut mediocri. Necesse eñ est vt totū op⁹ poeticū sit cōpossibile ⁊ quadrās
⁊ vbiqꝫ sui sile lꝫ varias res ꝯtineat in q̄ re artificiū dei imitat̄ poeta vt dictū est. ❡Quantū aūt ad tertiū artificium
dei q̄ oia q̄ fecit miro ordine distixit:mira pulchritudine exornauit:⁊ admirāda ꝟtute ꝯsolidauit dicere possuꝫ poe
tā oiꝫ mortaliū maxie op⁹ suū:⁊ reꝝ ꝑsonaꝝ ⁊ ꝟboꝝ decoro exornare. Null⁹ eñ tot sententiarū salibus:cōpositionū
figuris dicēdi ornamētis orationū flosculis. Prouerbiorū exornationib⁹:dictoꝝ facetijs:⁊ reliqͥs oib⁹ pulchritudini
bus:leporib⁹ charitib⁹ atqꝫ id gen⁹ dulcorib⁹ sermonē suū exornat vt poeta. Uñ dicit Horatius. Nō satis est pulchra
esse poemata dulcia sunto. Et quocūqꝫ volēt animū auditoris agunto:hoc est nō sufficit ad elegātiā operis poetici:
ꝙ ad plenitudinē artificij in se habere significet. Nam vltra hoc requiritur ꝙ habeat quēdam dulcoreꝫ ⁊ quandam
gratiā suauitatis:qua alliciat ⁊ attrahat ad se animū auditoris. Sicut eñ inter pictores multi artificiosi sunt:sic ꝙ
omnē mensuram obseruant:colores quoqꝫ debitos adhibent situm personarum aut edificiorum non male ponunt:
atqꝫ ita opus pulchrum in oculis artificijs faciunt nō tamen vulgo placet q: nō sciunt adminiscere dulciter colores
suos:ita vt manū duriorem habere videantur:sic inter poetas ⁊ oratores literatos multi omnem que precipi potest
artem obseruant in opere suo ⁊ tñ nō omnibus placent:quia non sunt dulces. ⁊ nō attrahunt animos auditorū quas-
dam verborum illecebra:qua Uerg. suos auditores attrahit. Nā his non describere : sed depingere res videtur. Si
nunc quomodo poeticum opus exornandū esset dicere incipiam neqꝫ temporis satis mihi esset. Pro instituto auteꝫ
satis dictum est. Nam nemo dubitat poetam in exornādo opere suo oēs vincere. ❡Quantū aūt officiū dei posui pec
catorum remissionē ⁊ anime per peccatū morte in vitā resuscitationem. quod quidē officiū ꝗꝗ poeta sibi vsurpare
non potest:tamē deus sepe vtitur poeta tanqꝫ ministro atqꝫ instrumento:cuius medio gratiā hanc oibus cōcedit. Nā
certū est ꝙ per verbū dei anime dum in corpore sunt licet per peccatū mortue frequentissime ad vitā vocant̄ Ideoqꝫ
saluator noster dum eiusmodi morbi medicos per vniuersum mundū mittere voluit spiritū veritatis sub igneis lin-
guis in apostolos misit. De quo dauid. Spiritū principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas:⁊ impij ad te cō-
uertentur. Et alibi. Qui emittit eloquium suū terre velociter currit sermo eius. At ⁊ per eloquentiā cui sapientia et
vite sanctitudo coniuncta est anime morbo maxime sanant̄. Qͥs negauit poeta optimos esse animarum medicos. di-
cet forte nūc aliquis musarū poetarūqꝫ hostis ⁊ expers poetas eloquentes quidē esse:sed neqꝫ sanctos neqꝫ sancta
precepisse:vt qui in fabulis ⁊ figmentis versati nihil vnqꝫ ad anime creationē ediderint. Cui certe rñdebo illud Ho-
ratianū in lib. de arte poetica. Siluestres homines sacer interpresqꝫ deoꝝ. Cedibus ⁊ victu fedo deterruit orpheus.
Dictus ab hoc lenire tigres rabidosqꝫ leones Dictus ⁊ amphio thebanā cōditor vrbis. Saxe mouere sono testudi-
nis ⁊ prece blanda. Ducere quo vellet fuit hec sapientia quondā. Publica priuatas se cernere:sacra ꝓphanis. concu
bitu prohibere vago dare iura martis:oppida moliri. leges incidere ligno. Sic honor ⁊ nomē diuinis vatib⁹ atqꝫ car
minib⁹:venit post hos insignis homerus. Tirheusqꝫ mares animos in martia bella. Uersibus exacuit dicta ꝑ car-
mina sordes. Et vite mōstrata via est grā regū. Pierijs tētata modis. Ludusqꝫ repert⁹ ⁊ lōgorū operū finis. Ne forte
pudori sit tibi musa:lire solers ⁊ cantor appollo. Qui versus hoc sonāt. Quādo hoies adhuc in siluis habitarent et
passim:vt fere vagarent̄. Orpheus sacerdos ⁊ interpres volūtatis dei sono eloquio:deterruit eos a turpi victu. Qm̄
carnibus crudis ⁊ etiam humanis vescebant̄. Item ab homicidio ⁊ ferocitate. Et ideo poete qui omnia in admira-
tionem trahunt:finxerunt ꝙ orphe⁹ traheret dulcedine cantus sui post se siluas ⁊ leones ⁊ tygres per que omnia in-
telligebant homines feroces in siluis habitantes, quos ad construendam ciuitatem:⁊ obseruandas leges dulcedi-
ne verboꝝ cōmouit. Item quia amphion poeta theban⁹ effecit eloquētia sua ꝙ homines qui aute in siluis ⁊ lustris
vt fere habitant ad ciuitatē thebanā construendā lapides:⁊ ligna conuolauerunt:finxerunt poete ꝙ amphion saxa
ad constrnctionem murorū cōcurrere fecisset. Et ne quis illud officium a poetis alienum putet. dicit ꝙ olim erat sa-
pientia:hoc est sapientuꝫ studiū scire discernere rempublicā a re priuata. Item religiosam ⁊ sacram a non sacra. Itē
prohibere homines a vago concubitu:⁊ ordinare iura matrimonij:construere ciuitates describere leges in tabellis
quas publice edebant. Et qr hoc fecerunt poete honore ⁊ bona fama venit carminibns ⁊ poetis. hoc sonant vsqꝫ ad
illū locū. Post hos insignis Homerus quem postea declarabo:sed prius de hoc qd̄ dictū est plura dicam. Et pliniuꝫ
assumam testimonium a Cicerone:qui prologo rhetoricoruꝫ idem fere dixit hoc modo At si volumus huius rei que
est eloquentia considerare principium reperimus id ex honestissimis causis atqꝫ optimis rationibus profectum. Nā
fuit quondam tempus cum in agris homines passim bestiarum more vacabantur:⁊ sibi victu ferino vitam ꝓpaga-
bant:nec ratione animi quicqꝫ:sed pleraqꝫ viribus corporis administrabāt. nōdū diuine religionis non humani offi
cij ratio:colebat̄. Nemo nuptias viderat legitimas:non certos quisqꝫ aspexerat liberos:ius equabile quid vtilita-
tis haberet acceperat:ita propter errorem atqꝫ inscitiam ceca ac temeraria domatrix animi cupiditatis ad se explē-
dam virib⁹ corporis abutebatur perniciosissimis satellitibus. Quo tēpore quidā magnus vcꝫ ⁊ sapiēs cognouit q̄
materia esset ⁊ quanta ad maximas res oportunitas animis inesset hoim si quis eam posset elicere:⁊ precipiēdo me
liorem reddere. Qui dispersos homines in agris ⁊ in tectis siluestribus additos ratione quadam cōpulit in vnum
locum ⁊ cōgregauit:⁊ eos in vnāquāqꝫ rem inducēs vtilē atqꝫ honestā primo ꝓpter insolentiā reclamātes. Deinde
ꝓpter rationē atqꝫ orationē studiosus audientes:ex feris ⁊ immanib⁹ mites reddidit ⁊ mansuetos. At mihi quideꝫ
videtur hoc nō tacita neqꝫ inops dicendi. sapientia perficere potuisse:vt hoies a cōsuetudine subito cōuerteret:⁊ ad

diuersas rōnes vite traduceret:ꝛ reliqua. Ex quibꝰ patet ꝙ prima vite reformatio primeqꝫ ciuitatis cōstructio:ꝛ per
eloquētiā viri sapiētis erat inuenta. Huiusmodi aūt sapiētes viros Hora. vt verisimile est: dicit vetustissimos poetas
fuisse equales sunt linus: orpheꝰ: museus quos etiā christiani vt diuꝰ Augu. atqꝫ aliȷ́ sacerdotes appellāt: et sacros
vates. Ideoqꝫ Uer. in. vi. enei dicit in eas elisiȷ́s cāpis hoc est in padiso: qď vocabuluz hortos delitiarū significat: ab
enea cōpertos sub his verbis. Hic manus ad patriā pugnando vulnera passi. Quiqꝫ sacerdotes casti: dum vita mane
bat. Quiqꝫ piȷ́ vates ꝛ phebo digna locuti: hoc est in loco beatissimorum reperiebantur oēs illi qui pro pria fortiter
pugnando vulnerati fuerant. Oēs casti sacerdotes: oēs piȷ́ ꝛ veraces vates: hoc est prophete ꝛ poete: ꝛ postea nume=
rat museum poetam precipue. Si itaqꝫ sapientes poete olim bestialem hominum vitam ad ciuilem traxerūt: certum
est ꝙ multū poetis debemꝰ: ꝛ ꝙ male grati sunt qui tam sanctum ꝛ venerabile nomen execrantur ꝛ in derisionem du=
cunt. Dices id poetas suis vitiȷ́s nunc mereri: qꝛ plurimi luxuriosi hoies inter poetas sunt. At si libere rñdere ausim
dicerem non multos esse vitiosos poetas: qꝛ nunqꝫ multi simul fuerunt. oē eñ qď apprime bonū est, paucis datum re
peritur. Multi autem sunt q̄ postqꝫ nescio quos versiculos extorquere pñt se poetas gaudent appellari. Stultū ꝛ in
sanum genus hoim q̄ nesciunt ꝙtum nesciunt qď poetā scire oportet. Sed tamen non omnino nego inter eos q̄ spiri
tum poeticū habuerunt atqꝫ ab oibus poete approbanť nōnullos malos fuisse: sed cui ordini defuerūt vnqꝫ mali.
In celo peccauerunt angeli. in paradiso terrestri quotquot fuerūt adā ꝛ eua. in cetu apostolico iudas. Nō ergo dico
poetas oēs sacros: sed poeticā artē esse sacrā ꝛ venerabilē: ꝙuis ea nō pauci abutuntur. Nā, vt dicit origenes. Res q̄
per naturā bone sunt dū his male vtimur nos ad peccata deducūt. Qꝛ si q̄s rem sanctam non nisi sanctis viris datā
dicat. Querā an spūs pphetie sanctus datꝰ balaā ꝛ gentili cayphe pfido datus est. Querā an religionis pfessio san
cta sit ꝛ quot pditos in ea ostēdimꝰ. Querā an apl's sanctꝰ sit ꝛ iudas: tñ dānatꝰ est. Sił aūt mō si poete officio abu=
tuntur ipi q̄dē mali sunt sed non continuo poesis mala. Quid si officiū suū obseruarēt sanctissimi nimirū essent. Nā
vt dicit Seruius apud romanos. Nullū olim opꝰ bonum reputabatur pꝰ qď nō optime reipu. ꝯsultū erat. Ideoqꝫ Uer
gi. vt reipu. cōsuleret que tunc maxime beata est qñ hoies optime viuunt. In sexto enei. Omnia vitia mortalia eodē
ordine quo xp̄iani dāna et penas sceleratorum: mercedē bonorū diligentissime perscribit. Uerum vel officium poe=
tarum melius nascatur audiamus Horatiuz qui hoc dicit in libello de arte poetica. Aut prodesse volunt aut delecta
re poete aut simul ꝛ iocunda ꝛ idonea dicere vite. Poete inquit aut volunt prodesse tm̄ vt illi qui aliquam doctrinā
aut ad viuendum aut cognoscendum seuere perscribunt. Aut volunt delectare tantum: vt qui cantita iocūda edunt
aut volunt vtrumqꝫ facere vt q̄ vtilem rem ꝛ sanctam iucunde perscribunt. Inter quos ne quis dicat eos q̄ delecta=
re volunt inutiles ꝛ respuendos esse. ¶ Sciemus diuersis diuersa congruere. Nam hominum aliȷ́ pene languoribꝰ
erroribus conficiuntur: ignorantieqꝫ cecitate obfuscantur. Aliȷ́ econtrario ad perfectum virtutis gradum conscēde=
runt. aliȷ́ adhuc militant. nam neqꝫ perfecti sunt neqꝫ omnino vitiȷ́s obnoxiȷ́. Ita operep̄ tiū fuit triplicē eis pponere
poesim. Quidem oino in vitiȷ́s sunt obcecati illis opꝰ puro lumine doctrine ꝛ seuerioru castigatione. Ideoqꝫ dať illi se
uerū poema: quare illud qď Catoni ascribiť. Si deus est animus ꝛc. In quo vtilitatis ꝛ bone doctrine plurimū iocū
ditatis vero nihil: nest itaqꝫ pdest non delectat. Et q̄ oino pfecti non sunt egent medico. Ideoqꝫ ne animꝰ nimia rigi
ditate rumpať: opere pretiū est vt iucūda lectione recreeť quibꝰ gratia est iucunda poesis: qualis est eorū q̄ iucūdos
sales amentiūqꝫ pteruias pudēter pscribūt: qualia sunt cātita cāticorū: q̄ diuus Hieronymꝰ ad cōsummatū virū p=
tinere pari modo censet. Qui vero lubrica ꝛ impudica cōponūt: oino dānādi atqꝫ inutiles sunt. Contra quos Bapti
sta Mātuanus opusculum egregie cōposuit cuius initium est. Sunt q̄bus eloquiȷ́ dať aurea vena poete. sed cadit in
sordes inficiturqꝫ luto. Qui aūt iā militāt poterūt mixta poesi recreari. Sz dū singulis aliq̄d dicere conamur nihil sa
tis dixisse videbimur: ꝛ tm̄ lōgiores fuisse. Ut ego ad intentū reuertar videmꝰ poetas bonos imitari deū optimuz in
hoc qď suis eloquiȷ́s errātes in viā reuocāt qñ vt visum est primi mores bonos instituerūt. Nunc vero vt q̄d āplius
effecerint, sciamꝰ: reuertar ad illā particulā Horatiȷ́ exponēdā: quadr. Post hos ꝛc. Post illos q̄ rēp. ꝛ bonos mores
primo instituerūt: venit insignis Homerꝰ ingeniorū ꝛ ois artis princeps ꝛ pr̄ q̄ laudādo ꝛ approbādo heroicas virtu
tes virorū fortium effecit vt multi consimilis laudis auidi fortiter agerēt vt de Alexandro magno late patet q̄ talez
suorum gestorum pconē multis votis ne q̄cqꝫ exoptauit. Uenit etiā Tirtheꝰ poeta animi pulchritudine pualens lz
corpe debilis q̄ fortis aios in p̄lia acuit: de quo qñ multi mendose legunt Pyrchus: nūc historiā recēsebo: vt refert
Iustinus in. iiȷ́. li. historiarū. Lacedemoniȷ́ quum in bello plurimos amisissent adierūt oracula apollinis. q̄sieruntqꝫ
quō victores euadere possent. Rñsum autem datum est eos posse vincere si atheniensem ducē haberēt: quapropter li
cet antiqua emulatiōe ꝛ siīs glīe inuidia athenienses non multū amarēt. nō vt oraculi mandata cōplerēt oratores
miserūt ad athenienses humiliter supplicantes: vt sibi virū quēuis dignū p duce cōcedere digneť. Athenienses ve
ro antiquo adhuc odio liuentes miserūt ipis nō martis: sed musarū militē: hoc est poetā quendā. q̄ Tirtheus voca
bať. Is aūt erat acuto ingenio ꝛ pñti facūdia: sed altero pede claudus. Lacedemoniȷ́ aūt. qui oraculo crediderūt leti
hūc verū acceperūt. ꝛ ne ab extraneo regereť ciuē fecerūt. Qui ciuis effectus ꝛ ducatū obtinens statiz in cōcione ad
monnit eos pristine cladis obliuisci oportere viresqꝫ resumere: neqꝫ turpe duci in bello fortiter cadere immo valde
gloriosum esse: ꝛ ne glīe ꝛ laudis quā meruerit expertes essent admonuit vt noia sua ꝛ maiorum suorum in laminis
ferreis scripta brachiȷ́s suis interioribꝰ affigerent: vt post multa secula reperta eoruz ossa laus qua tunc meruerant
reuiuere posset. Quod vbi effecerant tm̄ animi resumpserūt. vt qui mori parati erant victoriā summam consequeren
tur. De qua re apud Plutarchum plura leges. non ergo respu. solūmodo per poetas instituta est sed etiā defensa ꝛ
conseruata. Deinde Horatius ad alias laudes poetice artis regrediť. ꝛ dicit ꝙ rñsa deorū q̄bus hoies futura sortie
bantur etiā per carmina data sunt vt antea diximus. Similiter omne bene vite viuendi p carmina poetica descripte
sunt. Reges item ꝛ aliȷ́ primates viri per carmina recōciliati in grām leguť. Ludi plurimi carmine sunt habiti: vn=
de lassis animis recreatio dabať. Et ne forte pudori sit tibi musa. Apollo qui interpretať q̄ solus est. ſm Chrysippū:
vt apud Macrobiū etiā videre licet: erat musicus ꝛ poeta hec hactenꝰ. Si ergo vt Strabo in. i. dicit poetica prima
sapientia fuit: ꝛ ait in primo tusculanorū. Cice. dicit. Primi philosophi poete erāt. Itē si vt Aug. attestať ꝛ flaccꝰ nūc
dicit. Antiq̄ssimi poete sacerdotes habebanť. Itē vt si nūc vidimus ꝛ principiū ꝛ mediū ꝛ finis bone vite p artē poe
ticā roborať. Quis dubitabit poeticā artē sacrā ꝛ venerabilē esse: ꝛ poetas ad dei munꝰ qď est aias ex peccatis reuo
cate prime accedere. Nunc tp̄s est ad vltimū eorū q̄ supra tetigi officiorum dei venire. vñ sicut solus ipe p se merces
est cōdigna beatis in celesti pr̄ia: ita poeta quodāmodo dat bñ viuētibꝰ in terris p̄mia. Nā licet vt Homerꝰ inquit
Honor ab ioue est: solꝫqꝫ deo plena gloria cōpetit: q̄tē solus verꝫ immolatūqꝫ honorē cōferre pōt: tñ qualē pñt poe
te hoibus fortibꝰ laudē famā ꝛ glīam pariūt. Honor aūt virtutū premiū est. neqꝫ quicqꝫ preter virtutē honorādū est
Quid aūt poete ad glīam famāqꝫ acq̄rēdā faciāt satis docet Hor. in. iiȷ́. carmi. sub his verbis. Non incisa notis mar
mora publicis. p q̄ spūs ꝛ vita redit bonis. Post mortē ducibꝰ nō celeres fuge. Reiecteqꝫ retrorsum hānibalis mine
non incēdia carthaginis impie eiꝰ q̄ domita nomē ab aphrica Lucratꝰ rediȷ́t clarius iudicāt laudes ꝙ calabre pie
rides: neqꝫ si charte sileāt ꝙ bñ feceris mercedē tuleris. Quid foret ille mauortisqꝫ puer si taciturnitas obstaret me
ritis iuidia romuli. Ereptū stigiȷ́s fluctibꝰ eacū. Uictꝰ ꝛ fauor ꝛ ligua potētiū vatū diuitibꝰ cōsecrat insulis. Dignū

laude virū musa vitiat mori Celo musa beat sic iouis interest optatis epulis ipiger hercules ꝛc. Nō inqt statue aut
tabule marmorce a reip. magr̄atibꝰ publice erecte ꝛ ꝯstitute titulisqꝫ ꝛ laudibꝰ alicuiꝰ viri fortis i eis icisi decorate ꝑ
quas bōis ducibꝰ q̇ pugnādo ꝑ p̄ria ceciderūt. spūs ꝛ vita ꝑ me duratione vr̄. Nō ēt ꝙ Scipio aphri. hāniba. cartha.
feuissimū rōani nois hostē toties fugauit: ꝛ eiꝰ mias retrouertit. Nō ēt ꝙ carthaginē ipiā deleuit tm̄ hec oīa indicāt
laudes ipiꝰ Scipiōis. ꝛ faciūt ipm ꝑpetuo viuere q̄ʒtū calabre muse hoc est carmia ipiꝰ Ennij poete q̇ ex calabria fuit.
ꝛ Scipiōis maioris laudes descripsit. Vn̄ addit poeta. Si charte i q̇bꝰ poete gloriose v ictiū laudes descr'būt tace=
rēt. Tn̄ nunqꝫ acq̇reres mercedē tuorū bn̄factorū. Nā memoria tui periret qd̄ quidē verū in terris. Jōqꝫ dixi poetas
facere in terris qd̄ deus in celis. Probat hoc hora. per exempla. Quid esset inquit romulus quem poete martis filiū
dicunt ex illa sacerdotissa. si de eo poete nihil scriberent. Quid item esset eacus si greci poete nihil de eo scripsissent
qui nunc tam charus habetur. Nec mirum dicit q̄ꝛ musa non sinit virum dignum laude mori: immo locat ipsum cum
deis. Et ita hercules pollux ꝛ Bacchꝰ recepti sunt inter deos: nunqꝫ a mortalibꝰ inuocanꝶ. Qd̄ vero non haberēt hoc
mercedē benefactorum si tacerent muse ꝓbat in alio carmine vbi sic dicit. Vixere fortes an̄ agamenonē multi. sꝫ oēs
illachrimabiles vrgētur ignotiqꝫ longa nocte carent: q̄ꝛ vate sacro. Multi fortes viri fuerunt an̄ agamenonē impera
torem grecorū q̇ ante troiā fuerūt. Sed oēs illi ignoti sunt nullusqꝫ illorū mortē flet: q̄ꝛ caruerunt sacro vate. Sacer
ergo ꝛ venerabilis est poeta bonꝰ ꝛ deo familiaris ad ipsiusqꝫ mirabilia ꝓxime accedēs. Et hec de hoc capitulo satis
dicta multis forte videor q̄ʒuis vix aliquod qd̄ ad laudē poetarum dicere possem mihi dixisse videar.

Cap̄. ij.

Quotuplicia sint poetarum scripta.

VNde vt tēdā ad comedie declaratione veniamꝰ paucis si potero verbis declarabo quotuplicia sint poe
tarū scripta q̇ poemata vocanꝶ. Pro qua re opꝫ scire vt iā dictū est poetā large capiēdo nomē poete pos
se dici oēm eū q̇ elegantiā ꝛ ornata carmina facit. Et hoc mō triplicia sunt poetarū opa. Nā grece q̄dā di
cunꝶ dragmatica. q̄daꝫ exegematica ꝛ mixta. Dragmatica dn̄r latino vocabulo actiua hoc est imitatiua
seu rep̄sentatiua. in q̇bꝰ poeta ipse nunqꝫ loquiꝶ: sed introducit loquētes ꝛ rē ipam agētes ꝛ rep̄ntātes.
Jn quo gn̄e sunt oēs tragedie: oēs comedie oēs mimi: q̄dā egloge: q̇dā dialogi: ꝛ oīa in quibꝰ author nō
loquiꝶ sꝫ solūmodo ꝑsone ꝑ ipsum itroducte. Exegematica latine dicunꝶ narratiua seu recitatiua: in q̇bꝰ solꝰ author
loquiꝶ vt sunt libri eorū q̇ aliq̇d docēt: aut p̄cipiūt siue artē grāmaticā vt doctrinale: seu phisicā vt lucretij: seu astro
logiā vt aratꝰ: seu agriculturā: vt georgica vergilij. preter pauca fabulosa q̄ inseruit. iiij. lib. Mixta aūt sunt in quibꝰ
nūc poeta ipse loquiꝶ: nūc alios seu deos seu hoies loquētes itroducit. cuiusmodi sunt carmina historiographa ꝛ he
aliterqȝ facit ꝙ serua mulier honesta aīr ꝙ impudica. Similiter vir sapiens aliter ꝙ ignorans: ⁊ in magistratu existēs
aliter ꝙ priuatus. Rex aliter ꝙ rusticus. Et breuiter vt quotidie quisqȝ facit ac dicit ita a poeta inducetur. Decorū pa
trie vult vt iuxta cōmunem ritum patrie quis dicatur ⁊ loqui ⁊ facere. Multum eñ locus natiuus ad naturam homi=
num facit vsqȝ adeo vt principium effectiuum dicatur. Hinc est quod aphri quibus calidus est sanguis calididi sȝ ti=
midi sunt. Alemani audaces. Franci vafri: Colchi versipelles. Cretes mendaces: Judei dure ceruicis. Maxime autem
omnium animi affectiones ad decorum faciunt. Nam non satis est considerare etatem: sexum: patriam: statum ⁊ fortu
nam nisi animus eius qui loquitur cōsideretur. Aliter eñ loquitur rex in extremis aduersitatibus depressus: aliter in
prosperitate elatus. Ideoqȝ dicit Terentius in vltima comedia. Profecto hoc sic est vtputo omnibus nobis vt res dāt
sese: ita magni atqȝ humiles sumus. Hoc inquit est cōmune omnibus hominibus quod superbi aut humiles sint scdȝ
formas suas: qñ eñ omnia eis prospera sunt efferuntur: qñ aduersa deprimuntur. Quapropter boni poete ceteri docti=
qȝ viri quando faciunt aliquas personas loqui dant ipsis talem sermonem qualem reuera haberent si ipsi in propria
persona loquerentur. Unde seruis ⁊ militibus datur aliquando sermo incongruus qui in persona poete esset damnā
dus. Oportet ergo vt iratis detur sermo iratorum: letis letorum eu fortunatis eu fortunatorū: diffortunatis diffortuna=
torum: desperantibus desperantium sermo assignetur. Unde multe false propositiones admittuntur propterea quod
ex passione dicuntur: sunt nusqȝ tuta fides omnia fert etas ⁊c. Hic autem omnia quomodo a Terentio custodita sint
suis locis videndum est.

Cap. xxj.

De rerum decoro.

Ro rerum decoro necesse est vt omnes res que dicūtur geste sint verisimiles compossibiles personis con
formes: et generi poematis congruentes. Oportet primuȝ vt res sint verisimiles in comedijs. Ideoqȝ me
re fabulose. Et que aliud menti: aliud oculis representant non possunt in comedijs agi: sed bene narrari
transitorie. Oportet secundo vt res sint compossibiles ⁊ conformes inter se. Nonne enim bonus esset arti
fex qui aliud in principio scriberet cuius oppositum postea confiteretur. Et ergo oportet seruare econo=
miam: id est debitam dispositionem quam comici poete diligentissime obseruant. Oportet tertio vt rerū
sint personis cōformes: quia si mulier virilia gessisse dicatur ridiculum esset: aut econtrario vir muliebria. Item si pue
ro officium senis: aut econuerso detur. Oportet etiam vt res sint generi ⁊ stilo conuenientes. Ideoqȝ in comedijs cō=
munibus non sunt altissime ꝑsone neqȝ altiloqui sermones: sicut in heroico carmine ⁊ in tragedijs. Quia ergo co=
medie sunt de medio tribus fortunis. Et hec de decoro rerum materiarū. Nam antea satis declaratum est quales sint
materie comediarum.

Cap. xxij.

De verborum decoro.

D verborum decorū necesse est vt verba sint conformia rebus personis ⁊ generi poematis: vt maxime poe=
te ⁊ oratores scire debent. Oportet vt sermones sint lucidi ⁊ clari in omnibus dragmaticis hoc est scriptis agi
libus: similiter in orationibus ⁊ sermonibus cuius causa est ꝙ non nisi semel audiuntur ludi ⁊ oratores: et
ideo nisi facile intelligi possent inutiles forent: sed poemata que sepe relegi possunt: possunt etiam magis
artificiose fieri. Oportet secundo vt stilus scribendi sit vniformis. Turpe enim esset alto genere sermonis

incipere: ⁊ deinde ad mediocrem seu ad humilem declinare: nisi aliquando pro diuersis affectionb⁹ loquẽtium sermo
nes erigantur aut deprimantur. Infinita sunt que de verborum decoro precipi possunt: sed non spectant ad proposi=
tum nostrum: quia non constituimus ponere verba latina sed vulgaria: dicemus tamen in suis locis artificium poe=
te in decoro verborum. In eo enim Terentius. omnium indicio palmam habet. Capi. xxiij.

¶De decoro totius operis.

VT vero totum opus decorum suũ habeat: non satis est partes singulas bonas esse ⁊ artificiosas: sed opor
tet vt omnes inter se bonam habeant congruitatem decenterqꝫ cohereant. Sicut enim in picturis non
esset satis facere bonum caput: aut bonas manus: aut etiam omnia membra seorsum accepta bona: nisi
vnius corporis formam debitam simul capiant: ita non est satis ad bonum poema facere in aliquo gene
re bona carmina aut in vno stilo bene incipere: nisi in eodem bene incipere perficiatur: et nisi tota stru=
ctura cohereat. Ideoqꝫ boni artifices poematum debent esse prouidi ⁊ memores. Prouidi vt priusꝙ inci
piant totam compositionem prospiciant. vt ea que in principio dicantur seruiant eis que post dicẽda sunt. Memores
autem ne ea que postea dicent sint econtraria aut dissona prius dictis. Ordo autem in poematibus est alius ꝙ in hy=
storijs: aut in alijs rebus. Nam historiographi in rebus narrandis seruant ordinem quo geste sunt. Poete autẽ sepe
a medio historiarum incipiunt: nec omnia: vt historiographi describunt ad longum: sed multa presupponũt aut pau
cis verbis tangunt. Turpe autem est in ludis que vt primum audiuntur intelligi debent obscuras hystorias tange=
re: vt Plautus sepe facit. Ideoqꝫ Donatus Terentium in ea re maxime laudat: et Plauto prefert. Plautus enim sepe
obscuras tangit historias. Terentius totus perspicuus est: ⁊ si quas historias aut fabulas tangit communes noteqꝫ
omnibus sunt: sed hec satis pro nostro instituto.

Capi. xxiiij.

¶De quatuor causis huius operis.

POstꝙ diffinimus: diuisimus et distinximus comedias: multaqꝫ generalia ad propositum nostrum pro=
futura premisimus tandem ad causas huius operis Terentiani peruenimus. Circa quas sciendum
est quod vt philosophi tradunt. Cuiuslibet rei artificialis quatuor sunt cause: efficiens: finalis: materia=
lis et formalis: que omnes necessarie sunt ad hoc vt res fiant: due autem vltime ad hoc vt res inesse per=
maneat. Ideoqꝫ duo rerum principia a phisicis appellantur. verbi gratia. Anteꝙ liber fiat oportet quod
sit causa efficiens qui eum faciat: et vt sit aliquis finis gratia cuius moueatur artifex ad operandum: et
vt sit materia ex qua fiat liber: et tandem vt artifex sciat introducere formam libri: sine qua liber esse non potest.
Possumus autem loqui de libro isto dupliciter: aut de eo libro materiali quem in archa concludere possumus: et eius
cause varie sunt. Nam causa efficiens aliquando est scriptor: aliquando impressor. Causa materialis ex qua factus est
aliquãdo est charta aliquando papirus: aliquãdo membrana: aliquando liber. Causa formalis est qualis etiam artifex
format. Finalis est quam artifex intendit: aut lucrum aut scientia: aut delectatio. Alio modo loquimur de libro quem
in memoria nostra seruare possumus: hoc est de eo opere artificiali comico quod Terentius edidit: ⁊ hoc modo nunc
de ipso loquimur. Eius autem causa efficiens fuit Publius Terentius: cuius vitam in sequenti capitulo recitabi=
mus. Causa finalis varia potest esse. Nam vt inquit Horatius in libro de arte poetica. Aut prodesse volunt aut dele=
ctare poete. Aut simul ⁊ iucunda ⁊ idonea dicere vite. Poete inquit pretendunt triplicem finem. Alij volunt vtrunqꝫ
simul facere. Dico principaliter: quia nemo est tam rigidus aut seuerus poeta qui nihil delectet: nullusqꝫ tam delitio=
sus aut delectationi attentus qui nihil prosit. Uerum qui mores castigant: vt satyrici: aut doctrinas morales prebent:
aut phisicas: aut grammaticas: aut similes plus prodesse quam delectare conantur. Qui vero amores describunt aut
lyrica carmina sepe magis delectare quam prodesse conantur. Dragmatici autem vtrũqꝫ pretendunt: et precipue comi
ci. Prosunt enim plurimum bonis moribus. Nam per exempla ostendunt iuuenibus ꝙ periculosum sit stultis ama=
tionibus incumbere: parentibus non obedire: rem dilapidare: pompas facere: cessare: potare: et id genus exercere vi=
tia. Uiris ꝙ gloriosum sit honestatem sequi: amicos comparare: rem honeste congerere. Senibus autem parentibus
ostendit precipue Terentius quid intersit inter dominum et patrem: qualiter se gerant erga filios: ne videlicet nimiũ
sint rigidi ⁊ seueri in corripiendo: quia alios rigiditas nimia profugos facit: alios proteruos: alios fures: alios despe=
rantes: alios inciuiles: et rusticos: alios pertinaces. Monent etiam interdum comici ne nimium sint indulgentes ⁊ fa
ciles erga filios: ne indulgentia sua filios corrumpant: nec minus delectent. Nam ad delectationem videntur princi=
paliter assumpserit populo vt placerent quas fecisset fabulas. Delectant autem spectatores rudiores facetijs et ge=
stibus actorum: delectant intelligẽtes varietate euentorũ: delectant doctos docta economia magno artificio ⁊ bene ser
uato decoro. Finis ergo vnus in comedijs est: vt boni sint hominum mores. Alter vt principibus populoqꝫ placeant.
Tertius vt lucellum consequantur. Uarijs autem de causis comedie leguntur. Ab alijs propter elegantiam ⁊ proprie=
tatẽ sermonis in qua Terentius palmã obtinet. Ab alijs ob sententiarũ grauitatẽ: ab alijs ob morũ edificationẽ: ab
alijs ob variarũ rerũ iucũdos exitus: ab alijs ob alia. Neqꝫ mirũ est vnã rẽ in varios vsus ordinari. Nam id in multis
videmus. Nam tẽplũ ingrediuntur. alij vt deum orent: alij vt carnalia videant: alij vt videantur: alij vt noua audiant:
alij vt mercatores debitores offendant: alij ob alias causas: et tamen templum deo vt preces nostras exaudiat conse=
cratum est. Sic comedie ad mores sine nimia rigiditate componendos ordinate sunt quamuis aliqui ad delectatio=
nes ineptas legant. Forma tractandi est modus procedendi quem satis declarauimus. Nã a prologo ad actus proce=
ditur: diuisio autem comediarum satis patuit vbi de partibus comediarum egimus. capitulo. xvij. et. xviij. Materia
singularum comediarum patebit in argumentis. Argumenta enim materias et totas historias declarabunt pau=
cis quidem verbis. Et hec de causis. Sed quia expositores auctorum solent eorum vitam declarare velo etiam pau=
cis Donati verba repetere De Terentij vita. Capi. xxv.

¶De terentij vita.

PUblius Terentius aphricus ex ciuitate Carthaginẽsi natus fuit. Inde Romam profectus post finẽ secũ
di belli punici seruiuit Terentio Lucano senatori apud quẽ ob ingeniũ ⁊ forme excellentiã gratiam in=
uenit. Nam ab eo non solum liberaliter more ingeniorum est in bonis artibus institutus verumetiam
non post multum temporis manumissus. Quidam eum captum putant in secundo bello punico in quo
carthago a romanorum duce Scipione maiore: subiugata ⁊ tributaria facta est. Sed id fieri nullo modo
potuisse fenestella docet. quia Terentius in fine secundi belli punici natus fuit et ante initium tertij
mortuus est. Quod si quis dicat eum captum fuisse a numidis aut getulis qui populi in aphrica sunt: non est verisi=
mile inquit q̃ ab illis ad romanum ducem reductus fuit propterea quod ante deletam carthaginẽ nullũ cõmercium
aphricũ italis habuerãt. Neqꝫ vera est opinio dicentiũ hunc esse Terentiũ quẽ valerius maximus dixit liberatoris sui
currum pileatum secutũ fuisse: q̃ ille liber hic seruus erat. Postꝙ tñ libertatẽ bene viuẽdo acquisierat cũ multis nobi=
libus familiariter vixit ⁊ precipue cũ scipione ⁊ cũ lelio quẽ sapiẽtẽ vocabãt quib⁹ etiã corporis grã cõplacuit. Sed fene=
stella hoc reprehẽdit dicẽs ipm vtroqꝫ seniorẽ fuisse ꝙuis cornelius nepos vni⁹ etatis oẽs tres fuisse tradat. Portius

ante ostendit eum familiaritatē ⁊ cōsuetudinē cum nobili[illegible] inde in paupertatē redactū ⁊ in greciam pre
pudore abijsse: dum em̄ inquit lasciuiā ⁊ pōpas nobiliū ⁊ p[illegible] petit: dum Scipionis aphricani diuinā vocē
auidis captat auribus. dum apud furiū ⁊ leliū freqnēter cenare [illegible] se amari ab his credit in flore eta=
tis sue ipsius sublatis rebus ad summā inopiā redactus est. Ita[illegible] conspectu omniū abijt in greciā in terrā vltimam
mortuusq̧ est in stimphia archadie oppido. Nihil aūt ei Publi[illegible] profuit. nihil Lelius nihilq̧ furius qui tres per
idem tēpus viuebant nobiles. Quorū auxilio ⁊ opera Teren. in [illegible] horis nō potuit habere domū saltē conductā
vt haberet locū in quē seruulus corpus dn̄i exangue referret. [illegible] quibus ostēdit potius stultos esse qui sejn ma=
ximorum dn̄orū auxilio fidētes suas res prodigaliter rependūt. Nam licet Teren. in magna esset nobilissimorū et po=
tentissimorū gratia nihilominus tn̄ pauperrimus ⁊ miserrimus in exte[illegible] horis obijt. Ex his aūt que ipse Terētius
de se in prologis suis attestatur colligi pōt ꝙ iuuenis adhuc has sex comedias scribere inceperat. Item ꝙ in nobilissi=
morum virorū gratia erat. Unde emuli ⁊ aduersarij eius dixerūt ipsum nō suas: sed Scipionis aut Lelij comedias pro
suis edidisse. Alij dicebāt ipsum ab illis in comedijs adiutū esse. qđ non multū est verisimile. quia omnium iudicio iste
comedie Terētiane dicūtur. Ipse tn̄ Terentius in prologo adelphorū nō multū dicit cōtra hoc opinātes volēs nobili=
bus blādiri. dicit em̄ hoc dari sibi ad magnā laudē si adiutus fuerit ab his viris quos sibi principes oēs cōfirmant: et
a quibus rempublicā gubernari oēs summopere optauerūt ⁊ quib[9] placere oēs voluerūt. dicit preterea Cornelius ne=
pos se cōperisse auctore Celio Caium Leliū in putelano ab vxore admonitū vt citius discūberet vetūsse ab ea ne inter=
pellaretur ⁊ cum tarde tricliniū ingressus esset dixisse ait. Non sepe sibi in scribēdo magis successisse: ⁊ dum ipsum pre=
carentur: vt scripta que tūc fecerat proferret ꝓnūciasse ait versus qui sunt in heautontumorumeno Terētij. Satis pol
proterue me syri ꝓmissa huc induxerunt. Quod si verū est satis cōstat eum Lelij opera pro suis edidisse [illegible] non coga
mur ex eo hec fateri. Propterea ꝙ vterq̧ grecū stilū in latinū conuertētes potuissent cōsimiles ⁊ quasi eosdē versus edi
disse. Nam ⁊ Strabo dicit si adiutorib[9] Terētius eguisset ꝙ nō tam Lelio ac Scipione vsus fuisset qui tūc adulescētu
li fuerūt q̄ꝫ Sulpitio gallo homine docto ⁊ qui consularibus ludis initiū fecerit dandarū fabularū. Uel Quinto Fabio
Labeone ⁊ Marco pōponio cōsulari vtroq̧ ⁊ poeta. Et ideo dicit in prologo ipse Terētius se gaudere vsum fuisse viris:
quorū opera in bello ⁊ in pace populus expertus sit: quales nō fuerunt Scipio et Lelius adhuc tunc tēporis adulescē
tes. q̄ꝫq̄ꝫ em̄ opinio est ꝙ de Scipione ⁊ Lelio in prologo adelphorū loquatur: nullū tn̄ nominat: itaq̧ Strabo de alijs
ipsum loqui sentit. Quia igitur suspitio erat eum ab alijs adiutū fuisse dicunt ipsum anno. xxxv. sue etatis in gratiam
abijsse causa euitande opinionis quia putabatur aliena pro suis edere: seu gratia percipiendi grecorū instituta ⁊ amo=
res quos interdū postea in scriptis suis exprimeret. Postq̄ꝫ autē egressus est nunq̄ꝫ redijt. De morte aūt eius sic Uolca=
tius tradit. Sed vt apher hoc est Terēti[9] ex aphrica seu populo edidit comedias: iter hinc. hoc est a roma in asiam fecit
nauim: postq̄ꝫ semel ascendit: nunq̄ꝫ visus est amplius. Et sic vita priuatus est. Quintus conserius redeuntem e grecia
perijsse in mari dicit cum centū ⁊ octo fabulis conuersis a Menādro. Ceteri mortui esse dicunt in archadia stimphali
sinu Leucadie quo tēpore rome cōsules fuerunt En. Cornelius Dolobella ⁊ Marcus fuluius nobilior: dicuntq̧ ipsum
morbū contraxisse ex dolore et tedio amissarū fabularū quas in naui premiserat ⁊ simul ex amissione fabularum quas
ipse nouas fecerat. Certū est em̄ ipsum intendisse nouas fabulas facere et non semper grecas transferre: quia hoc pro=
mittit in primo prologo in fine eius vt videbimus. Miratur ergo Donatus quomodo potius dixerit ipsuz pre pudore
et inopia abijsse presertim cum diuitias satis abundantes Rome reliquisset. Nam filiā vnā habuit legitimā que equiti
romano nupsit: hortulos autē habuit. xx. iugerū in via apia ad martis villā. Nihilominus tamē potuit pauper ⁊ miser
mortuus esse siue in mari siue in archadia mortu[9] sit: quia diuitias quas Rome dereliquerat illic nō habebat. Potuit
etiam retentis immobilibus mobilia viuendo luxuriose consumpsisse: et ita ne paupertas sua nota fieret pre pudore
abijsse. Nam si domos ⁊ possessiones vendidisset non potuisset abeundo paupertatē celasse. Sed hec de vita eius.

Cap. xxvj.

¶ De forma operibus ⁊ laude Terentij.

Quantum autē ad corporis formā Donatus dixit Terentium fuisse mediocri statura gracili corpore: colo=
re fusco: quo colore Carthaginēses fere sunt. Scripsit autē primū sex comedias quas nūc in manibus ha
bemus. et vt aliqui attestantur centum ⁊ octo quas mare obruit. De laude quam in scribendis comedijs
meruit varie sunt opiniones. Seruius em̄ in proprietate sermonis ipsi primum locū dat. in alijs fere no=
uissimū: alij etiā in alijs rebus ipsum multa laude dignū censent. Nam Afranius ipsum omnibus comi=
cis prefert scribens in cōpitalibus Terētio non similē dices quēpiā. Uolcatius autē ipsum non solū Ne=
nio Plauto ⁊ Cecilio. Sed etiā Linio ⁊ Attilio postponit. Sed Igitius (vt diximus) in. vj. c. septimū locū illi dat. Cesar
in puritate sermonis ipsum Menandro preferendū censet. Donatus dicit ꝙ personarū leges circa habitū etatē officiū
partes agendi nemo diligentius Terentio custodiuit: qui etiā solus ausus est in fictis argumentis cum fidē veritatis
assequeretur: etiā contra prescripta comica meretrices interdū non malas introducere: quibus tamen cur bone sint: et
voluptas per ipsum ⁊ causa non desit. Hec cum artificiosissima Terentius fecerit etiā illud precipue seruauit ꝙ in scri=
benda comedia modū et mensurā retinuit. Nam affectus sic tēperauit vt nusq̄ꝫ in tragediā transiliret. Eo em̄ eius fa=
bule sunt tēperamento: vt neq̧ extumescant ad tragicā celsitudinē: neq̧ abijciantur ad histrionicā. Adde inquit Dona
tus ad laudē Terentij ꝙ nihil abstrusum ab eo ponatur aut quod ab hystoricis requirendū sit ꝙ sepius Plautus fa=
cit ⁊ preterea est obscurior in pluribus locis. Adde ꝙ argumenti ac stili ita attente memor est vt nusq̄ꝫ claudicarit aut
errauerit que obesse potuerunt: vel ideo ꝙ media primis ⁊ postremis ita nexuit: vt nihil additum aut appositum alteri:
sed aptum et solidū ⁊ ex se totū ex vno corpore videatur esse compositū. Illud quoq̧ mirabile est in Terentio ꝙ non ita
miscet personas vt obscura sit earū distinctio. Item ꝙ nihil ad populū facit actorem loqui velut ex tragedia quod vitiū
Plauti est freqnentissimū. Adde etiam illud inter cetera eius artificia laude digna ꝙ locupletiora argumenta ex dupli
cibus negotijs delegerit ad scribendū. Nam excepta Ecyra in qua scribit solius Pamphili amorē. cetere quinq̧ come=
die binos adulescentulos habent. Harum autē sex comediarum nomina sunt: Andria: Eunuchus: Heautontumoru=
menos, Phormio Adelphi: et Ecyra: quas nunc exponendas aggredior.

¶ Quid comedia quid partes eius.

¶ Comedia ſm grecos est priuate ciuilisq̧ fortune sine periculo vite cōprehensio. ¶ Comedia secundum Ciceronem
est imitatio vite speculum consuetudinis et imago veritatis. Dicitur autem a greco comoy quod indicat pagos et ode
cantus. Nam vt ait Uarro: iunētus attica circum vicos ita ire solita fuit: et questus gratia hoc carminis genus exerce
bat. Uel dicitur a greco comoy: hoc est comessatione que olim in hmōi fabulis amantiū fiebat. Tragedia vt refert Dio
medes est heroice fortune in aduersis cōprehensio. Diciturq̧ a tragos qđ est hircus ⁊ ode cantus qm̄ olim authoribus
tragicis hircus in premiū cantus preponebatur. Ut Horatius in arte poetica. Carmine qui tragico villam certauit ob
hircum. Uel ꝙ vtre ex hircina pelle vino plenā pro premio caperent. Uergilius. Uncti saliere per vtres Tragedia autem
heroas regesq̧ cōtinet ⁊ semper infelices exitus habet. Unde Euripides rogāti Archilao regi vt de se Tragediā scribe
ret abnuit: precatusq̧ deos est ne quid illi accideret Tragedia dignū. Comedia contra ciuiles priuatosq̧ felices exitus
habet. Primi poete comici fuerunt Sassaron Rullus ac Magnes. hi veteris discipline iocularia nec scite nec venuste

pronunciabant. Secunda etate fuerūt Aristophanes Eupolis Carinus: qui vitia sectari acerbissimas scripserunt
comedias. Tertia etas Menandri et philemonis fuit qui omnem comedie acerbitatem mitigauerunt. Horum fabu=
las romani transtulerūt: primusꝫ Liuius andronicus scripsit: sunt qui velint epicarmum in insula Ceo exulantem
primum hoc carmen frequentasse. et sic a Ceo comediam dici. ¶Comediarum quedam sunt togate sic dicte: vt ait
Diomedes ꝙ omnia in publico honore confusa cernebantur. Que togate postea in pretextatas et tabernarias di=
uidebātur. Togate sunt que scribūtur ritu habituꝫ togatorū .i. romanorū: vt grece fabule a grecorum pallio pal=
liate dicuntur: sed ꝯ̄muis togata genus sic sub quo ⁊ pretextate ⁊ tabernarie reponuntur: tamen pro tabernaria po=
nitur. Pretextata habet argumentum magistratum qui pretextata vtuntur ⁊ imperatorum ⁊ principum romanorū.
Tabernarie ab humilitate personarum ⁊ argumentorum appellantur. Nam tabernas pauperum domos habebāt
que priscis temporibus ex tabulis conficiebantur. Attellane dicuntur ab atella Assorum vrbe vbi reperte sunt. he
sunt argumentis dictisꝫ iocalibus similes satyricis fabulis grecis. Planipedes comedie dicuntur grece mimi: lati=
ne vero planipedes ꝙ actores neꝫ soccis neꝫ coturnis prodeunt in proscenium aut pulpitum: sed planis .i. nudis
pedibus. Membra comediarum tria ponebant greci. Diuerbia. Canticum. Choros. Diuerbia sunt partes comedia=
rum in quibus diuersorum persone versantur. Persone autem diuerbiorum aut due sunt: aut tres: raro quattuor
plures adhibere non licet. In canticis vna dumtaxat poni debet aut si due fuerint ita ponuntur: vt ex occulto vna au
diat nec loquatur sed secum si opus fuerit verba faciat. In choris numerus pesonarum diffinitus non est: quia om=
nes coniuncti canentes concentūꝫ facientes pro vna voce habentur. Comedia tamen vetus chorus fuit. Sed pau=
latim ex numero personarum aucta in quinꝫ actus processit. Paulatim deinde attenuato choro ita ad nouam per=
uenit vt non sit modo non sit chorus: sed ne locus quidem illi relinquatur. Quapropter quinꝫ actus qui in come=
dia sunt difficile est nosse in latinis sublato choro q̄ se interponens actus distinguebat. Est autē comedia in quinꝫ
partita: ita vt pars prima argumentum explicet. Secunda agi iam cepta ad finem deducere cupit. Tertia per turba
tionem affert ⁊ impedimenta ⁊ desperationem rei concupite. Quarta remedium interuenienti malo affert. Quinta
ad optatum exitum cuncta perducit. He itaꝫ quinꝫ sunt principales comedie partes que dicuntur actus. Hi autem
neꝫ plures neꝫ pauciores esse debent. Horatius. Neue minor quinto nescit productior actu. Fabula que posci vult
⁊ spectata reponi. Actus autem vnus interdum multas scenas habet. Actio vero est pars secundaria que qualibet
scena continetur: vt puta partus glycerij.

¶Publij Terentij vita.

PUblius Terentius Apher Carthagine natus seruiuit Rome Terentio Lucano Senatori quo ob inge=
nium et formam non institutus modo liberaliter: sed nature manumissus. Quidam captum esse existimāt
quod fieri nullo modo potuisse Fenestella docet cum in fine secundi belli Punici ⁊ ante initium tertij na=
tus est ⁊ mortuus. Nec si a Numidis aut getulis captus sit ad ducem Romanum peruenire potuisse: nul=
lo commercio inter Italicos ⁊ Aphros nisi post delatam Carthaginem cepto. Hic cum multis nobilibus
familiariter vixit: sed maxime cum Scipione Aphricano ⁊ cum Lelio: quibus etiā corporis gratia con=
ciliatus existimat̄ qđ ⁊ ipsum Fenestella arguit contendēs vtrūꝫ maiorē natu fuisse ꝯ̄muis Cornelius nepos equales
omnes fuisse tradit ⁊ Portius suspitionem de consuetudine per hec faciat: dum lasciuiā nobilium ⁊ fuscosas laudes
petit dum aphricani voce diuina inhiat auidis auribus dum apud Furium se cenitare: ⁊ Lelium putat pulchrū: dū
se amari ab his credit: crebro in Albanum rapit ad florem etatis sue ipsis sublatis rebus ad summam inopiam reda
ctus est. Itaꝫ e conspectu omnium abijt in greciam in terrā vltimā mortuus est in Stymphalo Archadie oppido.
Nihil. P. Scipio profuit nihil ei Lelius. nil furius: tres per idem tempus q̄ agitabant nobiles. Facillime eorum ille
opera: ne domum quidem habuit cōductitiam saltem: vt esset quo referret: obitum domini seruulus. Scripsit come=
dias sex: ex quibus primam andriam cum edilibus daret iussus ante Cerio recitare. ad cenantem cuz venisset dictus
est initium quidem fabule: quod erat contemptiore vestitu sub sellio iuxta lectulū residens legisse. Post paucos ve=
ro versus inuitatus vt accumberet cenasse vna deinde cetera percurrisse non sine magna Cerij admiratione et hanc
itaꝫ et quinꝫ reliquas equaliter populo probauit. Quamuis ⁊ Volcatius de enumeratione ita scribit: sumeretur
Hecyra sexta ex his fabula eunuchus quidem his acta est: meruitqꝫ pretium quantum nulla alia cuiusꝫ come=
dia: videlicet octo milia nūmum. propterea summo quoꝫ titulo ascribitur. Nam adelphorum principiū Varro etiā
prefert principio Menandri. Non obscura fama est adiutum Terentium in scriptis a Lelio et Scipione quibus cum
familiariter vixit. Eandem ipse auxit. nunꝫ enim nisi leniter se tutari conatur: vt in prologo Adelphoruz. Nā quod
isti dicunt maniuoli homines nobiles hunc adiutare: assidueꝫ vna scribere quod illi maledictū vehemēs existimāt
eam laudem hic duxit maximam: ꝙ illis placeat: qui vobis vniuersis ⁊ populo placent. quorū opera in bello: in ocio
in negotio suo quisꝫ tpe vsus est sine superbia. Videtur autem se lenius defendisse: quia sciebat Lelio ⁊ Scipioni
non ingratam esse hanc opinionem: que tamen magis magisꝫ etiam vsꝫ ad posteriora tempora inualuit. Q. Mē=
mius in oratione pro se ait. P. Aphricanus quia a Terentio personā mutuatus: qui domi luserat ipse nomine illiꝰ
in scenam detulit. Nepos authore Cerio comperisse se alit. C. Lilium quondam in puteolano Kl'. Martijs admoni=
tum ab vxore temperius vt discumberet: petijsse ab ea ne interpellaretur: seruius tandē ingressus triclinium dixisse
non sepe scribendo magis successisse sibi. Deinde rogatum vt scripta illa proferret pronunciasse versus qui sunt in
Heautontimorumeno. Satis pol proterue me syri promissa huc induxerunt. Strab. Terentium estimat si modo in
scribendo adiutoribꝰ indiguerit: non tam Scipione ⁊ Lelio vti potuisse q̄ tunc adulescētuli fuere: ꝙ Sulpitio gallo
homine docto: et qui consularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum. Vel. Q. Fabio Labeone: ⁊ M. Pom=
pilio cōsulari vtroꝫ: ac poeta. Ideo ipsum non iuuenes designasse quid se adiuuisse dicerent: sed viros quorū operā
⁊ in libello ⁊ in ocio ⁊ i negotio pp'ls sit expertꝰ. Post editas comedias q̄ntū atꝫ trigesimū egressus annū: cā euitāde
opiniōis: q2 videbat̄ aliena ꝓ suis edere: seu ꝑcipiēdi grecoꝝ īstituta moresꝫ quos ꝑinde exprimeret i scriptis egres
sus est: neꝫ ampliꝰ redijt. De morte eiꝰ Volcatiꝰ sic tradit. Sz vt afer sex pp'lo edidit comedias iter hinc i Asiā fecit.
Nauim quū semel cōscendit visus nunꝫ est: sic vita vacat. Q. Conseriꝰ redeūtē e grecia pijsse in mari dicit cū centum
⁊ octo fabulis cōuersis a Menādro. Ceteri mortuū esse in archadia Stymphali sinu: Leucadie tradūt. En. Cor. Do=
lobella. Marco fuluio nobiliore: cōsulibꝰ morbo implicitū acri dolore ac tedio amissarū fabularū: quas in naui ꝑmi
serat ac simul fabularū quas nouas fecerat. Fuisse dicit̄ mediocri statura: gracili corpe colore fusco. Reliquit filiā q̄
equiti Romano nupsit. Item ortulos viginti ingerū in via Appia ⁊ Martis villā quo magis miror Portiū scribere
Scipio nil ꝓfuit: nihil Lelius nil Furius. Tres per idem tempus qui agitabant nobiles: facillime eorum ille opera
ne domum quidā habuit conductitiam saltē vt esset quo referret obitum domini seruulus. Hunc Affranius quidez
omnibus comicis prefert: scribens in Compitalibus Terentio non similem dicens quempiā. Volcatius autem non
solum Nenio ⁊ Plauto et Cecilio. sed Liuio quoꝫ ⁊ Attilio postponit Cice. in limone hactenus laudat. Tu quoꝫ
qui solus leto sermone Terentij. Cōuersum expressumꝫ latina voce Menandrū In medio populi sedaris vocibus
effera. Quid ꝙ come loquens ac omnia dulcia dicens. C. Cesaris. ¶Versus.

P. Terentij vita.

Tu quoq; submisso tam dimidiate Meander.
Poneris & merito puri sermonis amator.
Lenibus atq; vtinam scriptis adiuncta foret vis.
Comica vt equato virtus polleret honore.
Cum grecis neq; in hac despectus parte taceres.
¶Unū hoc maceror & doleo tibi deesse Terēti. hec Sueto. Tranquillus. Nā duos Terentios poetas fuisse scri-
bit Met.us quorū alter fregellanus fuerit Terentij. libertus: alter libertinus Afer patria: de quo nūc loquimur
Scipionis fabulā edidisse Terentium Ualegius. natione ait he que vocantur fabule ciue sunt: nō has qui iura
populis recensentibus dabat summo honore affectus fecit fabulas. Due ab apolodoro trāslate eē dicunt Comi
co Phormio & hecyra: quatuor relique Menandro. ex q̄ b⁹ magno successu & precio stetit Eunuchus fabula hecy-
Initium Tragedie & Come-
ra sepe exclusa vix acta est.
die a rebus diuinis est inchoatū quibus p̄ fructibus vota soluentes operabamur antique. Nam incensis iam al-
taribus & admoto hirco id gen⁹ carminis qđ sacer chorus reddebat Libero patri Tragedia dicebatur: vel a tra-
go hoc est ab hirco hoste vinearū: & a cantilena eius: ipsius rei apud Uergiliū plena fit mentio. Uel qđ hirco do
nabatur eius carminis poeta. Uel qđ vter eius multi plenus solēne premium cantorib⁹ fuerat. Uel quod ora sua
fecibus perlinebāt scenici ante vsum personarū ab Eschylo repertum. Feces eñ dicuntur grece tryges. Ex his qui-
dem causis Tragedie nomē est inuentū. At vero nondum coactis in vrbem atheniensibus quum apollini nomio
i. pastorum vicinorūve presidi deo constructis aris in honorē diuine rei circum attyce vicos. villas. pagos. & com-
puta festum carmē solenniter cantarent orta est Comedia.
qđ est comessatum ire cantantes: quod appositis solenni dei: vel amatorie lasciuientibus choris comicis non ab-
surdum est. Itaq; vt rerū ita etiam temporum ipsorum cepto ordine Tragedia primo prolata eē cognoscitur. Nā
vt ab incultu & feris moribus paulatim peruentū est ad mansuetudinem vrbes que sunt condite vita mitior atq;
ociosa processit. Ita res tragice longe ante comicas inuente quāuis retro prisca voluentibus reperitur Thesbis
Tragedie primus inuentor: & comedie veteris pater Eupolis cū cratino: aristophanesq; esse credatur. Homerus ta-
men q̄ fere omnis poetice largissimus fons est etiam his carminibus exēpla prebuit & velut quadam suorū operū
lege prescripsit q̄ Iliadē instar tragedie. Odysseā ad imaginē comedie fecisse mōstrāt. Nā post illius tale tñq; do
cumentū ab ingeniosissimis imitatoribus & digesta sunt in ordinē. & diuisa sunt ea q̄ ēt tñ temere scribebant adhuc
impolita: atq; in ipsis rudimētis haud quaq;: vt postea facta sunt decoraq; lenia: adeo vt ea p̄pria de tragedia dicē-
da sunt. De titulo p̄positi operis sine instantia in alia tēpora differam⁹ & de his fabulis iā loquamur quas Terē.
imitatus est. postq; demonstrande originis cā de vtriusq; generis initio diximus qđ necesse est iam dicamus. Co-
media fere vetus vt ipsa quoq; olim tragedia simplex carmē: quēadmodū iam diximus fuit qđ chorus circa aras
fumantes nūc spaciatus nunc reuoluens gyros cū tibicine concinebat. Sed primo vna persona subducta est cātori
bus que respondens alternis choros locupletauit. variaturq; rem musicam tum altera tum tertia & ad
postremū crescēte numero p actores diuersos: psone pallee: cothurni: socci: & ceteri ornatus atq; insignia scenicorū
reperta & ad hoc vnicuiq; suus habitus. & ad vltimū qui primarū partium: qui secūdarum & tertiarū quartiq; loci
atq; quintarū actores, essent distributa & diuisa in quinq; partita acta est tota fabula q̄ tñ in ipsis ort⁹ sui velut qui-
busdam incunabulis & vix dū incipiens dicta est archea. Idcirco q2 nobis parū pcognitis vitijs.
aut q2 inest in eo velut historica fides vere narrationis & denoiatio oim de q̄b⁹ libere describat. Etenī per priscos
poetas nō vt nūc penitus ficta argumēta: sed res geste a ciuib⁹ palā cū eorū sepe q̄ gesserāt noie decantabant. Ideo
ipsa suo tpe moribus multū profuit ciuitatis: cū vnusq̄sq; careret culpa ne spectaculo ceteris extitisset: & domestico
pbro. Sz cū poete abuti licētius stilo & passim ledere ex libidine cepissent plures bonos ne quisq; in alterū carmē
infamie poneret: lege sanxerūt. Et hincinde aliud genus fabule. Satyra sumpsit exordiūq; a satyris quos illatos
semp ac petulātes deos simus eē vocitata est. Et si aliunde nomē traxisse praue putāt alij. hec q̄ satyra dr̄ eiusmodi
fuit vt in ea q̄uis duro & veluti agresti mō de vitijs ciuiū tñ sine vllo p̄prij nois titulo carmē eēt. Qđ itē gen⁹ co-
medie multos obfuit poetis cū in suspitionē potētib⁹ ciuib⁹ venissent: illorū facta rescripsisse in peius ac deformasse
genus stilo carminis. Qđ primo Lucili⁹ nouo cōscripsit mō vt poesim inde fecisset. i. vnius carminis plures libros
hoc igitur quo supra diximus malo coacti omittere satyrā: & aliud genus carminis.
hoc est nouā comediā reperire poete. q̄ argumento cōi magis. & generaliter ad oēs hoies qui mediocrib⁹ fortunis
agunt pertineret: & minus amaritudinis spectatoribus & eadē opera multū delectationis afferret. Concinna argu-
mento: cōsuetudine congrua. Utilis sentētijs grata salib⁹ apta metro. Ut igitur superiores. ille suis queq; celebrā
tur auctoribus: ita hec Quum multorum ante hūc fuerit: postea tamē
precipue Menandri Terentijq; est: de qua quū multa dicēda sint: sat erit tamē velut admonendi lectoris cā: quid de
arte comica veterū chartis cōtinet exponere. Comedia vetus ab initio chorus fuit paulatimq; personarū nume-
ro in quinq; actus pcessit ita paulatim velut attrito atq; extenuato choro ad nouā comediā sic puenit: vt in ea nō
modo nō inducat chorus: sz ne locus q̄dē vllus iā relinquat choro. Nā postq; ocio ipe fastidiosior spectator effect⁹
est tunc quū ad actores ab actoribus fabula transibat: quum surgere & adire cepisset admonuit poetas: primo qui-
dem choros locū tñ eis relinquētes: vt Menāder fecit hac de causa nō vt alij existimāt. Alij in proscenio ne quidē
locū reliq̄runt: qđ latini fecerāt Comici. Unde apud illos dirimere actus quinq; partitos difficile est. Cum etiam
greci prologos nō habēt more nostrorū quos latini habent. Deinde & deos argumētis narrādis
machinatos. Ceteri latini instar grecorū habēt. Terētius nō hz ad hoc p̄tatica psa: & personas extra argumētum
accersitas nō facile ceteri habēt quib⁹ Terētius sepe vtit: vt p harū inductiōes facile pateat argumētū. Ueteres &
si ipsi quoq; trimetris negligentius vsi sunt. Iābici versus dūtaxat in scđo & quarto loco: tñ a Terētio vincunt reso
lutione hui⁹ metri q̄tū pōt cōminuti ad imaginē p se orōnis. Tū psonarū leges circa habitū: etatē officiū partes agē
dis: nemo diligētius Terētio custodiuit: quinetiā solus ausus est in fictis argumētis: quū fidē veritatis assequeret
etiā cōtra prescripta comica meretrices interdū nō malas introducere quibus tñ cur bone sint & voluntas p ipm & cā
nō desit: hec cū artificiosissima Terētius fecerit. Tum illud est admirādū q morē retinuit & qñ comediā scriberet tē
perauit affectū ne in tragediā transiliret. qđ cū alijs reb⁹ minime obtētū & a Plauto & ab Afranio & Accio & multis
fere magnis comicis inuenimus: illud quoq; inter Terentianas virtutes mirabile: q eius fabule eo sunt tēperamē
to: vt neq; extumescant ad tragicū celsitudinē: neq; abijciāt ad histrionicā. Adde q nihil abstrusum ab eo ponit: aut
qđ ab hystoricis requirendū sit. qđ sepius Plautus facit atq; eo est obscurior plurib⁹ locis. Adde qđ argumēti ac
stili ita attēte memor est vt nusq; claudicari aut errauit: q̄ obesse putauerūt tñ comedia primis atq; postremis ita ne
xuit. vt nihil additū alteri: sed aptū & ex se totū: & vno corpe videat esse cōpositū. Illud quoq; mirabile in eo primū
q nō ita miscet psonas quatuor: vt obscura sit earū distinctio. Et item q nihil ad populū facit actorē velut ex trage
dia loqui: qđ vitiū Plauti frequentissimū est. Illud ēt inter cetera eius laude dignū vr̄ q dupliciora argumēta & pu

De comediis ⁊ tragediis.

plicib⁹ negotijs delegerit ad scribendũ. Nã excepta Hecyra: in qua scribit Pãphili amorẽ: cetere quinꝗ binos adu
lescentulos habent illud vero tenendũ est ne Latinos multa fabularũ genera
ꝓtulisse vt Togatas a scenicis: atꝗ argumẽtis latinis ꝑtextatas a dignitate ꝑsonarũ tragicarũ ⁊ latina hystoria
Attellanas a ciuitate cãpanie vbi acritate sunt plurime Rhitonicas ab actoris nomie. Taber an vilitate argumẽ
ti ⁊ stili: Mimmonis dr ab imitatiõe viliũ rerũ ⁊ leuiũ ꝑsonarum. ¶ Inter tragediã ⁊ comediã tũ multa tum in pri
mis hoc distat: ꝙ in comedia mediocres fortune hoim parui impetus: periculaꝗ; leti sunt exit⁹ funesti habent: et
illic turbulẽta prima: trãquilla vltima. In tragedia ꝯtrario ordine res agunt̃: tũ ꝙ in tragedia fugiẽda vita: in co
media capessenda exprimit̃. Postremo ꝙ ois comedia defictis est argumẽtis. Tragedia sepe de historica fide petit̃
Latine fabule primo a Liuio Andronico scripte sunt ad cũctas res: etiã cũ recẽtius idẽ poeta ⁊ actor fabulaꝝ sua=
rum fuisset. ¶ Comedia aut motorie sunt: aut statari e aut mixte. motorie turbulente statarie quietiores: mixte ex
vtroꝗ actu cõsistẽtes. Comedia ꝑ quatuor ꝑtes diuidit̃. Prologũ Prothesim Epithasim Catastrophẽ. Prologus
est velut prefatio q̃dã fabule in quo solo lꝫ ꝑter argumẽtũ aliq̃d ad populũ: vel ex poete vel ex ipsi⁹ fabule. vel ex
actoris comodo loqui. Prothesis prim⁹ est actus: initiumꝗ dragmatis. Epithasis incrementũ ꝓcessusꝗ turbarũ ac
totius vt ita dixerim: motus erroris Catastrophe cõuersio reꝝ est ad iucũdos exit⁹ patefacta cunctis cognitiõe ge=
storũ. ¶ Comedia est fabula diuersa ꝯstituta ꝯtinens affectũ ciuiliũ ac priuatoꝝ qua discit̃ q̃d sit in vita vtile: q̃d cõ comediam esse Cicero ait imitationem
tra euitandũ: hanc greci sic diffiniuere
vite speculũ cõsuetudinis imaginẽ veritatis. Comedie aũt more antiquo dicte: qꝛ in vitijs huiusmodi carmina: ini
tio agebant̃ apud grecos: vt in italia: cõpitalicis ludicris admixto pronunciationis modulo quo dum actus cõmu hoc est ab actu vite hominum qui in vicis
tantur populus detinebant aut
habitabant ob mediocritatẽ fortunarũ: non in aulis regijs: vt sunt persone tragice. Comedia vero qꝛ poema sub
imitatione vite atꝗ similitudine compositũ est in gestu ⁊ pronunciatione consistit. Comediã apud grecos dubiũ
est quis inuenerit primus: apud latinos certũ est ⁊ comediã ⁊ tragediam Togatam primo liuium andronicũ re=
perisse: qui ait comediã esse quotidiane vite speculũ: nec iniuria. Nam vt intẽti speculo veritatis liniamẽta facile
ꝑ imagines colligim⁹ ita lectiõe comedie imitationem vite ꝯsuetudinisꝗ nõ egerrime aiaduertim⁹. Hui⁹ aũt origi
nis rõ ab exteris ciuitatib⁹ moribusꝗ ꝓuenit. athenienses nãꝗ atticũ custodiẽtes elegãtiã. cũ vellent male veniẽtes
notare in vicos. ⁊ ꝯdita ex oib⁹ locis leti alacresꝗ veniebãt: ibiꝗ cũ noib' singuloꝝ vitia publicabãt: vñ nomẽ cõ=
positũ vt comedia vocaret̃ hec aũt carmina prim⁹ in pratis mollib⁹ agebant̃: nec deerãt ꝑmia q̃b⁹ ad scribẽdũ do=
ctoruꝫ ꝓuocarent̃ ingenia: sꝫ ⁊ actorib⁹ munera offerebant̃: quo libẽtius iucũdo vocis flexu ad dulcedinẽ cõmẽda
tiõis vterent̃. Caper nãqꝫ ꝑ dono his dabat̃: qꝛ vitib⁹ noxiũ aial habebat̃: a qua ẽt Tragedie nomẽ exortũ est. Nõ=
nulli aũt ex amurca olei fece: q̃ est humor aquatilis tragediã dici vocariqꝫ maluerint: q̃ ludi quũ partifices in ho=
norẽ liberi patris agerent̃: ẽt ipsi comediaꝝ tragediarũqꝫ scriptores hui⁹ dei velut ꝑsens numẽ colere. venerariqꝫ
ceperũt. cuius rei ꝓbabilis ratio extitit. Ita carmina inchoata ꝑferebant̃: vt ꝑ ea laudes ei⁹ ⁊ facta gloriosa celebra
ri ꝓferriqꝫ ꝯstaret. Tñ paulatim fama hui⁹ artis icrebuit. Thesbis aũt prim⁹ hec scripta in omniũ notitiã protulit
postea Eschylus secutus prioris exẽplũ publicauit. De q̃b⁹ ita Horatius in arte poetica loquitur. Ignotũ tragice
gen⁹ inuenisse camene. Dicit̃ ⁊ plaustris vexisse poemata Thesbis Que canerẽt ageretqꝫ peruncti fecib⁹ ora. Post
hũc ꝑsone palleqꝫ repertor honeste. Eschylus ⁊ modicis intrauit pulpita tignis. Et docuit magnumqꝫ loqui nitiqꝫ co
thurno. Successit vetus his comedia nõ sine multa laude: sꝫ in vitiũ libertas excidit. ⁊ vim dignã lege regi: lex est
accepta chorusqꝫ. Turpiter obtinuit sublato iure nocẽdi. Nil intentatũ nostri liquere poete. Nec minimũ meruere
decus vestigia greca ausi deserere ⁊ celebrare domestica facta. Uel q̇ ꝑtextas vel q̇ docuere togatas. ¶ Fabula gene
rale nomẽ est. Ei⁹ due prime ꝑtes sunt Tragedia ⁊ comedia. Si latina argumẽtatio sit pretaxata dr. Comedia aũt
multas species hꝫ aut eñ palliata aut togata: aut tabernaria: aut attellana: aut minus rhinatica aut planipedis.
Planipedis aũt dicta ob humilitatẽ argumẽti eius ac vtilitatẽ actorũ qui nõ cothurno aut socco vtuntur in scena
aut pulpito. sed plano pede Uel ideo ꝙ non ea negotia continet que personarũ in turribus aut cenaculis habitan=
tium sunt sed in plano et humili loco Personati primi egisse dicunt̃ comediã. Sincius et Faliscus Tragediam Mi=
nutius ⁊ Prothonius. Omniũ autẽ comediarum scripta quatuor rebus omnino sumuntur: nomine: loco: facto: euen
tu. Nomine: vt phormio. Hecyra Curculio Epidicus. Loco: vt andris. Leucadia Brundusina. Facto vt eunuchus
asinaria captiui. euentu: commorientes crimen: heautontimorumenos. Comediarum forme sunt tres palliate gre=
cum habitum referentes quas nonnulli tabernarias vocant. Togate iuxta formam personarum habitum togataꝝ
desiderantes. attellane salibus ⁊ iocis composite: que in se non habent nisi vetustam elegantiam. Comedia au=
tem diuiditur in quatuor partes. Prologum. Protesim. Epitasim. Catastrophen. ¶ Prologus est prima dictio a id est antecedens veram fabule com=
grecis dicta
positionem elocutio eius species quatuor sunt. Commendatitius
quo fabula vel poeta commendatur. Relatiuus quo aut aduer
sario maledicta: aut gratie populo referuntur. Argumentatiuus fabu=
le argumẽtum exponens. Mixtus om=
nia hec in se continens. ¶ Inter prologũ ⁊ prologium quidam hoc interesse voluerunt: qꝛ prologus est vbi peccata
excusantur: aut fabula commendatur. ¶ Prologiũ autem est quum tantũ de argumento deducitur. ¶ Prothesis est
primus actus fabule quo pars argumẽti explicatur: pars reticet̃ ad populi expectationẽ tenẽdã. ¶ Epitasis inuolutio
argumẽti cuius eleuantia cõuertitur. ¶ Catastrophe explicatio fabule: per quã euentus ei⁹ approbat̃. In plerisqꝫ
fabulis ipsarũ nomina priora ponebantur ꝗ poetaꝝ in nõnullis poetaꝝ: ꝗ fabularũ: cuius moris diuersitatẽ anti=
quitas ꝓbat. Nã quũ primũ aliqui fabulas ederent ipsarũ nomina pronunciabantur anteꝗ poete pronunciarẽtur:
ne aliqua inuidia a scribendo deterreri posset cũ autem per editionem multarum: poete iam esset authoritas acqui
sita rursus priora poetarũ nomina proferebantur vt ꝑ ipsorũ vocabula fabulis attentio acquireretur. ¶ Uarias di=
uersis ludis manifestum est inscribi. Nam ludorũ quatuor sunt species: quos curules ediles munere publico curãt. appellant. Funebres
Megalenses magnis dijs cõsecrati quos greci
ad retinendũ populum instituti: dum põpa funeri decreta in honorem Patricij viri plene instruitur. Plebei qui pro
salute plebis illudũtur. Apollinares Apollini consecrati. In scena due are poni solebãt: dextera liberi: sinistra ei⁹
de cui⁹ ludi fiebant. Unde Trentius in andria ait. Ex ara sume verbenas. Hinc Ulyssem palliatũ semper inducunt:
siue quod aliqñ insaniam simulauit: quo tẽpore tectuꝫ se esse voluit: ne agnitus cogeretur in bella prodire: seu ob
singularẽ sapientiã qua tect⁹ munitusꝗ plurimũ socijs profuit. Huius eñ virtutis erat animi semꝑ decipiẽtis inge
niũ. Nõnulli Ithace incolas sicut lucros palliatos fuisse cõmemorãt Achillis siue Neoptolemi ꝑsone diademata
habent: ꝗuis regalia sceptra nunꝗ tennerint. cuius argumenti probatio talis inducitur: ꝙ nunꝗ cũ reliqua grecie
iuuentute ad gerẽda cum Troianis bella sacramẽta cõiurationis interũt: nec vnꝗ sub Agamẽnonis imperio fue=
runt. Comicis senibus cãdidus vestitus inducitur: ꝙ is antiquissimus fuisse memoratur. Adulescentulis disco

De miro poete artificio.

[illegible]buntur. Serui comici amicti [illegible] quo [illegible]gunt: paupertatis antique gratia: vel quo expeditiores rem agāt. Parasitū in tortis pallijs [illegible] veste candidus. erumnoso obsoletus. purpureus diuiti pauperi pheniceus datur. Militi chlamys purpurea. puelle habit⁹ peregrinus inducitur. leno pallio varij coloris vtitur. Meretrici ob auaritiam luteū datur. Syrmata dicta sunt ab eo ꝙ trahuntur q̄ res ob scenicā luxuriā instituta est. Eadē in luctuosis ꝑsonis incuriā sui ꝑ negligentiā significāt. Aula quoqꝫ in scena in terra sternuntur: ꝙ pictus ornat⁹ erat ex Attalica regia Romā vsqꝫ est perlatus. ꝓ quibus suppara etas posterior accepit. Est autem minutū veluz quod populo obsistit dum fabularū actus commutantur. de cuius vmbra histriones pronunciabant. Cantica vo. temperabantur modis nō a poeta: sed a perito artis musice factis. Neqꝫ enim omnia ijsdem modis in vno cantico agitabantur: sed sepe mutatis vt significant q̄ tres numeros in comedijs ponunt que res continent mutatos modos cantici illius: q̄ huiusmodi modos faciebant. Nomen in principio fabule ⁊ scriptoris ⁊ actoris superponebāt huiusmodi adeo carmina ad tibias fiebant: vt his auditis multi ex populo ante discerent. quam fabulam acturi scenici essent. Cum omnino spectatoribus ipsius antecedens titulus pronunciaretur. Agebantur autem tibijs paribus aut imparibus: et dextris aut sinistris. Dextre autem tibie sua grauitate seriem dictionemqꝫ comedie pronunciabant. Sinistre ⁊ serrane. acuminis leuitate: locum in comedia ostendebāt vbi autem dextera ⁊ sinistra acta fabula inscribebatur mixtim ioci ⁊ grauitates denunciabantur. Andrie explanatio. ¶ Poeta cum primum animū ad scribendum appulit. Comedia andria quū palliata sit fabula: de loco nomē accepit: ⁊ a menandro prius ⁊ nūc ab ipso Terentio qui quum de Chryside loqueretur sic ait. hei vereor ne quid andria apportet mali ⁊ hoc cōmune vocabulū est ⁊ in greca ⁊ in latina lingua. hec maiori ex parte motoria est. Continetqꝫ actus amatoꝝ adulescentū. Ex partibus patrū prioꝝ. callidi serui astute ancille. serue. lenes adulescētule liberales. in hac prime partes Simonis sunt: secūde Daui. tertie Chremetis: et deinceps reliquorū. Prologus in hac acer inducit̄ ⁊ in aduersario nō mediocriter asperatur sed tamē id subtiliter fit vt omnia lacessitus facere videat̄ ac dicere hic ꝓthesis subtilis: epitasis tumultuosa: catastrophe pene tragica ⁊ tn̄ repente ex his turbis in tranquillum peruenit. ¶ Hec prima acta est ludis Megalensis. Marco Fuluio ⁊. M. Glabrione. Q. Minutio Ualerio. Edilibus curulibus: egerūt L. Attilius latinus prenestinus. ⁊. L. ambiui⁹ Turpio. Modos fecit Flaccus Claudij fili⁹: tibijs parib⁹ dextris ⁊ sinistris ⁊ est tota greca edita. M. Marcello ⁊ Sulpitio cōsulibus. Pronunciataqꝫ est andria Terentij ob incognitū adhuc nomē poete: ⁊ minoris apud populum authoritatis ac meriti. De verbis autēticis lepide distincta est: ⁊ successu aspecta prospera: hortamento poete fuit apalias conscribēdas. Initium aūt id est aduenticiam personam recepit. Sosie propter euoluendam argumenti obscuritatem persona autem protatica ea intelligitur que semel inducta in principio fabule in nullis deinceps fabule partibus adhibetur. Annotandum sane: puellarum libellum. nullā orationem in proscenio induci in Comedia palliata preter inuocationē Junonis Lucine. q̄ ⁊ ipa quoqꝫ post scenam fieri solet: scire debemus hanc esse virtutem poeticam a nouissimis argumentum rebus incipiens: initium fabule ⁊ originē narratiue reddat spectatoribus: authoremqꝫ presentem sibi exhibeat: vbi finis est fabule hūc eiū ordinem ⁊ circulū poetice artis vel virtutis nō mō secuti sunt. Tragici Comiciqꝫ authores: sꝫ Homerus etiaz ⁊ Uergilius tenuerunt. Diuisionē actuum in latinis fabulis internoscere difficile est: causam iādudū demonstrauimus. Unde aūt aut quomodo: quāuis egre tamē: intelligi distinguiqꝫ possint: est operepreciū dicere. Principio dicendū est nullā personā egressam quinquies: vltra exire posse. Sed illa re plerūqꝫ decipimur ꝙ personā cū tenuerit egressam falso putamus q̄ nihilomin⁹ in proscenio tacens: loquendi tempus expectat. Est igitur attente aiaduertendū vbi ⁊ quādo scena vacua sit ab omnibus ꝑsonis: vt in ea chorus vel tibicē audiri possit: quod quū viderimus ibi actū esse finitū debemus agnoscere. Cōfundit sepe lectorē id qδ ꝑsona in superiori scena desinēs: ⁊ in prima incipiēs loqui nō intelligit̄ ingressa: qδ experientes ipsam fictaz dijudicant de republica ac temporū qualitate pōt ei fieri vt ⁊ egressa: sic ac egressa quā praue credim⁹ de proscenio non recessisse: posse aūt quinto egredi ꝑsonā necesse est dicim⁹: sed vt appareat vltra exire nō posse. In tragedia aūt parcius exire ⁊ solere pariter ⁊ licere. ¶ Primus actus in andria narrationē Symonis apud Sosiam continet argumenti qδ populus hac occasione perdiscit: mox querelam apud se Daui de domino: ⁊ eiusdem cum domino verba ⁊ rursus eiusdem serui deliberationem q̄d gerunt gerat. Secundi actus sunt Charini verba primo cum Byria seruo: ⁊ post cum ipso Pamphilo de nuptijs. Pāphili sermo cum patre dolo cōsentientis in nuptijs. Byrie verba. daui callida oratio aduersum senem. Tertio actui hec attribuuntur Misidis cū obstetrice colloquiū Dauo ac Simone audientibus. Partus Glycerij suspectus seni: ⁊ daui apud eum fraudulēta sermocinatio. Simonis verba cū Chremete de nuptijs Daui perturbatio ac pamphili. Quartū actum per hec intelligim⁹. Primo Charini verba sunt indignantis velut fidez sibi nō seruatam a Pamphilo tum Misidis verba aud Pamphilum eiusdēqꝫ questus. Daui administratio doli aduersus Chremetem. In quinto actu simonis ⁊ chremetis prope iurgium disputatio: tū detectio fallaciarū daui: tum indignatio patris aduersus filium: tum Critonis interuentus: vt per eū cognitis rebus in tranquillā rem acta: ducētibus vxorib⁹ quas concupiuerunt Pamphilo ⁊ charino. ¶ Illud nō commouere nos debet: ꝙ in horum actuum distinctione videntur de proscenio nō decessisse persone quedam: sed tenere debemus ideo Terētium vicinitatis mentionē fecisse in principio vt modico receptu ⁊ adesse et abesse personam intelligamus: nihil ergo secius factum est ab antiquis: qui ad hunc modum Terentianas fabulas diuiserunt.

Absque Labore Nihil

Emi ex Bibliotheca D. S.r de [illegible]

Velasco Granate 1615

Argumentum Andrie Terentiane.

¶Andrie argumenti narratio.

Chremes Atticus pater Passibule ⁊ Philomene quum ex his duabus se Passibulā ꝑdidisse falso crederet relictam athenis: nec visam postea multo tpe: tanq̄ vnicā sibi putabat philomenā: quā Charinus adulecens atheniēsis adamabat vnice: ⁊ eā sibi petebat vxorē. Sed pater eā pamphilo cuidam simonis filio vltro despōderat: q̄ pāphilus ecōtrario sororē Chrisidis ac peregrinam tum creditā passibulā supradictam alterā Chremetis filiā sub noīe Glycerij latenter sic amauit: vt ex ea filiū suscepisset inscio patre: quare intellecta cōmotus Simo pater pāphili: dum per falsas nuptias tentat animū pamphili: multis dolis a Dauo deluditur seruo periculoq̄ Charini ⁊ pamphili notus error in fabulis qui vsq̄ ad eū ductus est finē dum athenas veniens de andro quidam Crito rem aperiat: ⁊ nodum fabule soluat per quē agnita Passibula recipitur a parētibus ⁊ traditur pamphilo amanti: Philomena vero Charino despondetur: ⁊ traditur exoptanti.

DISTICHON PAULI MALLEOLI.

Liuide pone tuum tandem exitiale venenum:
Non alium ledis: te furor iste necat.

¶Alterum Distichon eiusdem.

Stet sua per totum virtutis gloria mundum:
Recte viue deo: cetera funus erunt.

¶Argumentum Andrie Terentiane.

¶Titulus prime comedie Terentij.

Andria publij Terentiani Aphri poete comici. Acta ludis megalensibus Marco fuluio glabrione. Quinto minutio Ualerio: edilibꝰ curulibus. Egerūt Lucius Attiliꝰ Latinus prenestinus ⁊ Luciꝰ ambiuius. Modos fecit flaccus claudij tibijs paribꝰ dextris ⁊ sinistris. Tota greca est Edita a Marco Marcello: ⁊ Sulpitio cōsulibus.

¶Expositio verborum tituli.

Andria ⁊c. Hic est cōpletus ⁊ ꝑfectus titulus prime comedie Terentij completus ex titulo premio quem authores figebāt in fronte ꝓscenij: ⁊ ex annotatione subiectiua quā scriptores comediarum postq̄ ante fuerāt solebant ascribere vt sciretur quo tpe quibꝰ ludis ⁊ quibus authoribꝰ luse fuerāt. Continet eñ completus titulus hec octo. Nomen poete: nomē comedie: nomē ludorū celebriū: noīa edilū q̄ comediā a se emptā agi curauerunt: noīa actorū: q̄ eā egerunt: nomen modulatoris. Qualitatem ⁊ speciem comedie: ⁊ nomis consulum: in quorum consulatu comedia primum edita fuerat. ¶Quantum ad nomen comedie scire oportet illud quod in decimosexto capitulo nostri preambuli dictum est. s. ꝙ in titulis aliqñ nomen poete preponitur: ⁊ aliquando nomen comedie. Quādo eñ poeta ex alijs operibus suis famam ⁊ authoritatē sibi acquisiuerat tunc nomen eius proponebatur vt eo viso populus desiderio vidende comedie detineretur. Quando vero iam primum cepit edere fabulas: ⁊ nomen fabule ꝓpter grecum authorem in precio erat: tunc nomen comedie seu fabule preponi cōsueuit vt in hoc presenti titulo. Nomen ergo comedie exprimitur cum dicitur andria. Circa quod sciendum est ꝙ omnes iste comedie primum erant in greca lingua composite ⁊ acte in ciuitate Atheniensi. ⁊ ideo persone fere oēs athenienses sunt ⁊ q̄uis postea a Terentio in latinā linguā sunt trāslate: tñ materia ⁊ persone māserūt eedē ⁊ sepe etiā noīa: ⁊ ideo semper presupponi debet ꝙ comedie aguntur in ciuitate atheniensi: ⁊ de personis atheniensibus licet Rome aut etiā in galliarū regionibus agātur. ¶Notādū preterea est ꝙ eo tēpore quo facte sunt he comedie quod multo erat ante natiuitatē christi mulieres que turpi questu merebant̄ solebant patriam natiuam derelinquere ne parētibus essent dedecori: ⁊ vt liberius viuere possent quod etiam hodie fieri videmus. Ea autē tēpestate ab andro que est insula in mari egeo venerat athenas quedam mulier Chrisis nomine que secū adduxit quandam iuuenculam ciuis atheniensis filiam vt argumento dicemus. Nam tota materia huiꝰ comedie est de illis principaliter mulieribus que ex Andro venerant: ⁊ ideo comedia vocatur a loco andria sicut etiā ipsa mulier vt dicemꝰ. Nomen poete satis notum est. xxv. c. preambuli vbi de vita Terentij dictū est. Uocatus est autem huius operis author Publius: quia hoc erat ipsi pronomen Terentius: q̄r hoc erat eius nomē. Apher quia erat ex carthagine q̄ est ciuitas in aphrica. Aphrica autem est vna de tribus partibꝰ mundi. q̄ sunt Aphrica: Asia: ⁊ Europa. Dictus est poeta comicus: quia comedias scripsit. Nomen ludorū ponitur cum dicitur Acta est ludis megalensibꝰ. i. ludis consecratis in laudem magnorum deorum: vt dictum est in. xij. capi. ¶Nomina edilium curulium qui hanc comediā emerūt ponuntur ibi Marco fuluio Glabrione. Quinto minutio. Ualerio edilibus curulibꝰ. ¶Nomina ludentium seu actorum subditur cum dicitur. Egerunt lucius ⁊c. Nomen musici seu cantoris ponitur ibi. Modos fecit. id est modulationes tibiarū fecit Flaccus Claudij subaudi filiꝰ. ¶Qualitas comedie tāgitur cū additur. Tibijs paribus dextris et sinistris. Et hoc enim habetur quod ita comedia est mixta. i. partim motoria ⁊ partim stataria vt prius dictum est. Nam de qualitatibus comediarū satis dicetur capitulo. xiiij. De cantatoribus capitu. xij. De tibiarū significationibus capitu. vij. ¶Species comedie tangitur tibi. Tota greca est. Ex hoc enim habetur ꝙ est palliata vt satis patet ex. xiij. capit. Dicitur autem tota greca: quia nihil sumptum est ex latina hystoria: aut ex materia romana. Translata aūt est ex Menandro: qui in hoc genere comediarū principalissimꝰ fuit apud grecos authores. Nomina cōsulum in fine ponunt̄ ibi Marco Marcello ⁊c. Solebant aūt romani oīa acta ⁊ publica instrumenta notare per consulatus dicendo. Actū rome istis vel illis consulibus. Et hoc inuentū est ad memoriam ⁊ gloriā consulū perpetuandā sicut quidē in Francia annos post coronationē talis aut talis regis cōputent. Et hec de hoc titulo latius executi sumus: vt in alijs breues esse possimus. Hunc autem titulum ex Donato collegimus: nam qui libris multis reperiunt̄ scripti omnes deprauati sunt. Nunc ad argumentum accedamus.

¶Argumentum Andrie Terentiane.

Chremes atticus duas habuit filias: alteram Passibulam nomine: alteram Philomenam. Ex eis duabus credidit diu quanq̄ falso se alteram perdidisse: relictamq̄ sibi vnicam Philomenam: q̄ carinus mirum immodum deperiebat vbiq̄ iungi matrimonio deposcebat. Uerum pater eam desponderat Pamphilo Simonis filio: qui filius liberior amoto pedagogo effectus adamauit alteram filiam Chremetis que perdita putabatur sub nomie glycerij: idq̄ adeo vt ex ea filium susceperit quem amorem vt resciuit pater Simo dum filij animum tentat per simulatas nuptias multis dolis dauo seruo deluditur. Deinde motus error periculo Carini et Pamphili tantisper perductus est dum athenas veniens de andro quidam critonem aperiat et nodum fabule soluat: per quem agnita Passibula reperitur a parentibus et traditur Pamphilo amanti. Philomena vero Carino despondetur et tradtur expotanti.

Argumentum

¶ Publij Terentij Aphri poete comici Andrie argumentum.

Vxorem falso creditā meretricule genere
Andrie Glyceriū vitiat Pāphilus. Gra-
uidaq; facta dat fidē vxorem sibi fore hāc.
Nam ei aliam pater desponderat gnatam
chremetis. Atq; vt amorem comperit simulat futuras
nuptias cupiens suus quid haberet animi filius co-
gnoscere. Daui suasu non repugnat pamphilus. Sed
ex Glycerio natum vt vidit puerulū chremes recusat
nuptias: generū abdicat. Mox filiā Glyceriū inspe-
rato agnitā: hāc Pāphilo dat aliam carino coniugē.

Pamphilus nomē proprium filij Simonis senis: quod nomen idem dicit si velimus interpretari quod to-
tus amans vt ait Tortelius. Nam pam. totum dicit ⁊ philon amans vel philos amicus. ita vt totus di-
catur amicus: quo nomine teste Quintiliano fuit pictor quidaz eximius q̄ multa ratione depinxit. Pam
philus ergo vitiat: id est stuprat. Uitiare vitio deductū interduz significat vitiose agere aliquid. Persius
Ne liceat facere id quod quis vitiabit agendo. Uitiabit. id est vitiose aget. Interdū significat vitium et
stuprum afferre puelle nō sine eius vitio. ⁊ quasi
vi turbatione quia affert Glycerium. i. illā puel-
lam cui nomē hoc indituz fuerat in andro: q̄ quis
reuera eēt passibula filia chremetis. Dicitur au-
tem glycerium dulcis amor. Nam cōponitur ex
glyzis quod est dulcis ⁊ eros amor quasi dulcis
amor. Et sic quoq; per diminutionem adulatiōe
amatoria a grecis platū est: q̄ q̄ ⁊ glycera repe
riat. Martialis in. xj. Formosam glycerā amat
Lupercus. Pāphilus inq̄ vitiat glycerium credi
tam sororem. i. que credita fuit soror: vbi soro-
rē actūs non habet creditam pro adiectiuo: sed
potius ab eo vt dici solet regitur. Eiusmodi em̄
participia passiua plerunq; copulant similes
casus: vbi casus sequens significat rem cōiunctā
vel eādem cum antecedēte. Soror inquit Labeo
appellata est: q̄ quasi seorsum nascitur: separa-
turq; ab ea domo in qua nata est: ⁊ in aliam fa-
miliam transgreditur. Fratris aūt vocabulū Pu
blius Nigidius hō impēse. i. valde doctus nō mi
nus arguto subtiliq; ethymo. i. recto iterp̄tamē-
to interpretat̄. Frater inq̄t est dict⁹ quasi fere al-
ter. Creditā ergo falso. i. nō vere: est autem abla-
tiu⁹ positus p̄ aduerbio qualitatis: sororē mere
tricule: scz Chrysidis andrie. i. ex andro insula maris egei: vn̄ athenas venerat. Meretricula diminutiuū est a mere-
trice sic positū per cōtēptū: vt cū homuncio appellatur aliquis vel homūculus vel homulus: vt Priscianus habet de
diminutiuis. Quatuor enim de causis proferuntur ingeniolum. Prima gratia significationis. vt regulus paruulus
rex. gratia vrbanitatis ⁊ vitande arrogantie: vt ingeniolum gratia adulationis: vt corculū ocellus gratia contēptus
vt homuncio ⁊c. Andrie autem hic est adiectiuum ab andro nomine substantiuo deriuatum. Declinaturq; Andrius
a. um. i. de andro: illa insula nomen est denominatiuum ⁊ gentile. genere. i. natione de gente vel patria. Nam genus
interdum dicitur tota cognatio eorum qui ab eodem principio originem ducunt: vt Romani a romulo. Nam primi
reges fuerunt patresfamilias: ex quibus genera propagata sunt ⁊ ciuitates condite: vt ait Aristoteles lib. j. politi-
corum. Interdum genus refertur ad nobilitatem: vt familia ad copias: ait Donatus. Item genus aliquando est pro
genies: aliquando gens: vt iam dictum est: aliquando ipsa generatio. Genus autem putatur dictum. vt refert Festus
a greco vocabulo terre quam greci geam dicunt. Possumus quidem dicere imitati Terentium habeo matrem ge-
nere cenomanam: q̄s. i. ⁊ glycerio facta grauida. i. pregnante ablatiui absoluti sic resoluēdi. i. vbi vel postq̄ glyceriū
facta est seu emersit grauida. Pamphilus dat fidem. i. sancte promittit. Nam dare fidem est sancte promittere. Uer-
gilius. Accipe daq; fidem. i. accipe meam promissionem: et da mihi vicissim tuam. Dicimus etiam quācūq; fidem pro
me dederis eam prestabo. i. exequar quicquid de me promiseris. Promittit ergo hanc glycerium fore. i. futuram esse
sibi pamphilo vxorem. i. coniugem. Ab vngendo dicitur vxor: vt ait Donatus quod cum puelle nuberent maritorū
postes vngebant: et eis lanam figebant. Ennius exinde inquit Tarquinium bona femina lauit ⁊ vnxit. Inde vxo-
rius dicitur qui vxori seruit: ait Seruius. Nam pater scilicet Simo desponderat: id est destinauerat ei Pamphilo
aliam scilicet gnatam: id est filiam Chremetis senis ciuis atheniensis nomine philomenam. Despondere et sponde-
re hanc habent differētiam. Nam pater adulescentis qui filio puellam petit despondet filium suum ducturum in
vxorem filiam quam petit. Pater autem sponse a quo petitur puella spondet se daturum filiam nuptui adulescen-
ti: a cuius parte petitur. Nam vt Seruius Sulpitius in libro quem scripsit de dotibus inquit. Sponsalia in ea par-
te Italie que Latium appellatur hoc more: atq; iurium solita erant fieri. Qui vxorem ductur⁹ erat ab eo: vnde du-
cenda erat: stipulabatur eam in matrimonium dum iri: qui daturus erat itidem spondebat daturum. Is contractus
stipulationum sponsionūq; dicebatur sponsalia. Tum que promissa erat sponsa appellabat̄: qui sponderat ductu-
rum sponsus. Sed si post eas stipulatiōes vxor nō dabat̄ aut non ducebat̄: qui stipulabat̄ ex sponsu agebat. Iudices
cognoscebant. Iudex quamobbrē data acceptave non esset vxor querebat. Si nihil iuste cause videbatur litē pecu-
nia estimabat: quantiq; interfuerat eam vxorem accepi aut dari eum qui spoponderat aut qui stipulatus erat con-
demnabat. Hoc ius sponsaliorum obseruatum dicit Seruius ad id tempus quo ciuitas vniuersa latio lege iulia
data est. Hec eadem Horatius scripsit in libro qui de nuptijs composuit. hec Gellius. Atq; vt id est postq̄ simo pa-
ter comperit: id est deprehendit cognouit. Inde dici solet compertum eum mihi: vel habeo compertum: id est explo-
ratum est mihi vel habeo exploratum et perspectum. Ut ergo competit amorem pamphili filij: simulat. id est fingit
nuptias futuras: id est faciendas. Nam futurus interdū a sum es retinet significationē. Interdum a fio fis vt hic. Uo
cis tamen formatione a neutro deriuatur: sed a verbo antiquo fuo suis fui futum futu. quod in dessuetudinez abijsse
constat retinemus tantum fui preteritum. quod verbo sum es est accommodamus. Nuptie autem siue matrimoniuz:
nam idem sibi volunt: vt in institutionibus titulo de patria potestate. Uiri et femine coniunctio est: indiuiduam con
suetudinem vite continens. Pater ergo simulat futuras nuptias cupiens: id est volens cognoscere quid animi: id est
quem animum: vt quid cause est: id est que causa. quid rei: id est que res: filius suus Pamphilus haberet. Pamphi-
lus nō repugnat subire nuptias que apparabantur ei suasu. id est admonitiōe Daui callidi serui. Sed vt: id est post-
q̄ Chremes pater Philomene desponsate seu destinate. Pamphilo vidit puerulum natum ex glycerio amata a Pā
philo: que reuera erat Passibula. recusat. id est renuit ipse Chremes nuptias: id est matrimonium contrahi cum
Pamphilo. A puer proprium diminutiuum fit puellus: vt a puer puera q̄ dicebatur puella: quod autez puerulus
dicitur: potius a pueris nominatiuo manere indicatur ipse pater abdicat. id est expellit a se generuz non qui esset
sed qui futurus sperabatur. Abdicare est expellere a bonis filium dum viuit pater. Exheredare vero est filiuz a bo-
nis paternis expellere post mortem patris se abdicare est grauius quod etiam in se exheredationez cōtinet. Mox

id est statim post conuersionem factam omnium turbationum et rixarum. Chremes dat pamphilo in vxorem hanc
Glicerium ... tenebatur Pamphilus. agnitam: id est recognitam. Agnoscimus enim vetera: cognoscimus
noua: filia ... id est que agnita fuit esse filia Chremetis que Passibula dicebatur: insperato aduerbium: id est preter
spem inopinato preter expectationē: preter opinionē: nam cum agnita fuit non sperabāt parētes se vnq̄ visuros filiā
quā mortuā putabāt ⁊ ipse Chremes dat aliā scz Philomenā coniugē. i. vxorē Carino adulescēti atheniēsi. Aliam
posuit pro alteram: nam duas tm̄ filias habebat Chremes: Philomenā ⁊ Passibulam.

¶ Explanatio argumenti Andrie Terentij.

Vxorē ⁊c. Istud est argumentū Andrie. Est eñ argumentū breuis ⁊ cōpendiosa narratio totius mate-
rie seu fabule seu historie qua tractamur. Quod quidē argumentū creditur a poeta ipso non esse cōpo-
situm: neq; est de integritate comedie: neq; recitatur sicut sequētia omnia. Quia non expediret populo
euentū rerū aperire. Alioquin eñ statim aufugeret visis quibusdā partibus nec finem expectaret sicut
nunc qñ desiderio finis videndi: ⁊ dubijs exitūs sciēdi detinet. Cōposita aūt huiusmodi argumēta sunt
a grāmaticis ⁊ expositoribus comediarū vt per ea iuuenes seriē totius rei intelligāt. Ideoq; ⁊ nos ⁊ q̄
postea in textu auctoris dicētur sine lōga declaratione intelligi possent longius totā rem enarrabimus. Sciant tm̄
lectores q in hmōi ludis seu comedijs nō oportet q res sint geste aut ex vera historia sumpte: imo oēs sunt ab inge-
nio ipsius poete greci cōficte. Vñ apparet vtus ingenij poetaꝝ quin ita res sciūt fingere vt reuera euenisse eas pu-
temus. nan multa que ex cōsilio ⁊ ex ꝓuidentia poetaꝝ in comedijs fiunt a casu euenire vident. huius aūt prime co-
medie historia sic effecta est. Fuerūt olim in regione atheniēsi fratres duo mediocriter diuites quoꝝ alter vocat⁹ est
Chremes Alter phania. Chremes ex vxore sua generauit duas filias Passibulā ⁊ Philomenā: quibus adhuc tene-
ris ortū est athenis graue bellū: quapropter chremes in aphricā ꝓfugit. Phania aūt crescente bello fratrē sequi vo-
lens nauē conscēdit: ⁊ Passibulā filiā fratris sui quē solā derelinquere victus secū assumpsit. Orta autem tēpestate
apud Andrū fracta est nauis eius: ⁊ ipse cū filia illa paruula eiectus est genus ⁊ appulsus ad insulā illā q̄ Andro vo-
catur ibiq; recepit se in domum cuiusdā ciuis q parnula erat filia chrisis vocata. Postq̄ autē ibi phania plusculos
esset dies venit aliqñ ad euz cōsanguineus hospitis sui vocatus Crito: qui athenis ante illud tempus conuersatus
erat cum Chremete ⁊ Symone de quibus mētionē fecimus: cui critoni phania fortunas suas exponēs ostēdit quo-
modo bellū fugiēs naufragiū passus fuit: ⁊ filiā fratris sui secū adduxerat: non indicās tum quisnā sibi frater esset.
Factū est autē durāte bello vt phania ille moreret. Puella autē sola derelicta est: que q in oculis omniū gratiā me-
ruit vocata est Glyceriū qd est dulcis amor. Mater autē Chrysidis cepit eā educare eodē modo quo filiā Chrysidē:
ita qd fere oēs eā Chrysidi sororē esse crederēt. Interea aūt loci mater chrysidis morit: pater autē antea multo mor-
tuus fuerat. Vidēs itaq; Chrisis q sola esset preter illā puellā. Cognoscēsq; qd paupcula deberet viuere cogitauit
vt ciuitas Atheniēsis esset opulēta itaq; sperās q illic forte facilius posset sibi vitā defendere opus muliebre exercē-
do. cū puella illa que soror eius putabat: ⁊ cum tota suppellectili sua athenas ꝓfecta est. Sed ne Chremetis historiā
pretermittā. Chremes finito bello athenas redijt: sed fratrē ⁊ filiā nō iuenit: neq; quisq; certi potuit de ipsis habere:
itaq; credidit q ambo perijssent in mari aut mortui essent. Alterā autē filiā suā quā vnicā sibi esse putabat studio-
sius nutriuit: ⁊ cū grādis erat cuidā adulescēti despōdit: de quo nunc dicendū erit. Postq̄ eñ chrysis athenas vene-
rat: cū puella illa et vna ancilla cui misidi nomē sobrie et pudice cepit viuere acquirēs sibi tenellū victū ex ope ma-
nuū suarū texēdo et nendo: deinde adulescētes atheniēses vidētes q pulchra nimis esset ⁊ iuuenis: ⁊ sola: ⁊ pauper-
tate honesta: sepe autem ficta et bene simulata honestas et deuotio magnum libidini debet augmentum: ceperunt
eam solicitare primū per internūcios: deinde obtēto cōsensu in propria persona ipsaz alloquētes ⁊ plurima pollici-
tātes si cōsentire vellet. Illa autē vt est natura hummana prona a labore ad libidinē. tandē ⁊ donis ⁊ precib⁹ ⁊ pro-
pria libidine victa est: ita vt nō vni tm̄: sed trib⁹ simul morē gereret: quoꝝ noia erāt Clinia Phedria ⁊ Nicerat⁹ socij
⁊ familiares cuiusdā adulescētis Pāphili noīe: q̄dā pāphil⁹ honest⁹ erat ⁊ prudēs sciēs ciuiliter vrbane ⁊ liberali-
ter cū oibus viuere: itaq; societatis gratia sepe adduct⁹ erat cū alijs ad cenā in domo chrysidis ibiq; simbolū cū alijs
solutis quāuis chrysidē nō amaret. Verū nō multo post euenit si incautius passibulā seu glyceriū inspiceret ⁊ eius
amore caperet ipsiq; cū ea cōfabulari: inuenitq; eā lepidā: sapientē: eloquentē ⁊ in oibus gratiosam quocirca eius
amore tandē exarsit nec quieuit donec blādis precibus ⁊ pollicitationib⁹ eam sibi consentientē effecerat: clam tamē
oibus dempta chryside: euenit autē quod grauida esset glyceriū: sed nondū percipiebatur. Interea aūt tēporis se-
pissime in domo chrysidis erat: ita qd simo pater eius haberet suspitionē de chryside: de puella autē nihil suspica-
batur. Sciscitabat ergo ex seruis illorū trium qui chrysidē amabāt: quid pāphilus in domo egit. Nā vt in prima sce-
na dicet: ipse Simo obseruabat mane seruos eorum: ⁊ interrogabat eos: quis hesterno die Chrysidē habuerat: ⁊ re-
spondebāt nunc clinia: nunc phedria: nunc niceratus: ⁊ cum nunq̄ pamphilū nominarēt. quesiuit. Et quid pāphilus
fecit. Responderūt: cenauit simbolū dedit. Vñ Simo multū gaudebat credēs quod filius cōtinētissimus esset eo qd
in domo inhonesta inter lasciuiētes pudicus permāserat. hoc eñ credidit nō sciens de glycerio. Et q patres nimiū
filios amāt ⁊ eos libēter laudāt ⁊ laudari audiunt sepe pamphilū extollebat. quod etiam alij fecerūt. Nam reuera
probus adulescens erat q̄uis amore clam captus esset. Vñ euenit qd chremes ille de quo dictū est audiens Pāphi-
li honestā ⁊ fragilē vitā vltro venit ad Simonē offerēs filio eius filiā suam vnicā: ⁊ putabat cum summa dote: quā
rem Simo acceptauit. Interea autē Chrysis illa moritur: ⁊ dum ad vstrinā vbi corpora vrebant duceretur: affuerūt
illi tres amatores ⁊ gratia illoꝝ etiā erat in pōpa funebri Pāphilus ⁊ amore pāphili Simo pater eius: videns eñ
Simo pietatē pāphili erga chrysidem hospitē suā ⁊ putās nō aliud esse cause cogitabat secū si filius meus hospite
sue mortē tam egrefert quid faceret mihi patri. certe vt non minus pius videar etiā comitabor. Dū ergo duceretur
funus vidit Simo puellā illam quā Pāphilus grauidā effecerat: ⁊ aspiciens eam preter ceteras formosam ⁊ gratio-
sam interrogabat pedissequas quenā esset quā dicebāt sororē esse Chrysidis: quāq̄ reuera soror eius nō erat sed
filia Chremetis. Dū autē in ignez chrysis mitteretur. Gliceriū nimio dolore cōmota se etiā precipitare in ignem vo-
luit qd videns pāphilus reiecit se in eam flens familiarissime ⁊ amplexus est eā dicens. Quid agis glyceriū amica
mea: quare te perdere vis: illa aūt vicissim in pāphilū familiariter innixa est. Qd vidēs Simo statim cognouit amo-
rem Pamphili: et qd eius causa in domo chrysidis sepe erat. et qd funus chrysidis ea de causa celebraret. Grauiter
igitur cōmotus redijt domuz nesciuit quid faceret. Non eñ potuit filiuz obiurgare ex eo qd puellā que se cōburere
voluit saluasset. Veruz quāquā chremes hec etiā intelligens filiam suā sequenti die volebat denegare: tm̄ Simo si-
mulabat futuras esse nuptias vt sciret an pāphilus tā pdite amaret eā: vt nō vellet ducere vxorē: qd si sic tūc habuis-
set veras causas obiurgādi sz si nō renuisset ducere vxorē: tūc intēdebat q Chremetē iterū oraret vt filiā desponde-
ret: quod ab eo faciliter inpetrare sperauit. eo quod summi amici essent. Dauus aūt seruus callidus intellexit quod
chremes generū refutauerat: et quod simo ad tentandū Pamphilū nuptias simularet: sed nō animaduertit qd non
posset faciliter a chremete nuptias veras impetrare. Itaq; persuasit Pāmphilo: quod patri iubenti vt vxorem du-
ceret consentiret dicens non esse periculum eo quod chremes filiam suā nollet dare. Magnum autez econtrario pe-

riculum ostendit si pamphilus negaret se vxorem velle ducere quia tūc pater acerbe ipsum obiurgaret. ⁊ Glycerium [illegible] pamphilus nuptias fugeret faciliter extra oppidum eijceret. Cōsensit itaqꝫ pamphilus dauo ⁊ patri iubenti vxorem ducere: quo facto simo chremetem adijt nuptias impetrauit: quod videns Pamphilus totus attonitus et ira in Dauū persuasorē commotus fuit: cōmotus fuit etiā carinus socius pamphili qui amauit illā filiam chremetis quā pāphilo voluerūt dare. Commotus insuper fuit Dauꝰ ꝙ pamphilū timuit: itaqꝫ ita calliditate sua inuenit mediū ad disturbandas nuptias: qꝛ voluit filiū ꝙ eodē die quo nuptie fierent pamphilo nascebatur ante ostium simonis ponere vt eo viso nuptie disturbarent. Forte aūt dum dauus puerū ex domo chrisidis vbi glyceriū puerpera fuit afferret. Chremes interuenit in dauo cū misi de ancilla glycerij litigāte cognouit pamphilū habere filiū ex puella quā ciuē atticā dicebant. Lex aūt atheniensiū erat ꝙ ꝙ ciuē viciauerat eā ducere cōpelleretur. Itaqꝫ chremes grauiter cōmotus ad simonem redijt: ⁊ iterū nuptias refutauit. Cū aūt adhuc loquerentur venit: quidā vir ex andria sobrinus. i. consanguineus ex sorore chrisidis ad quē hereditas eius pertinebat: que tota glycerio derelicta fuit eo qꝺ putabatur esse soror chrisidis. Verū vir ille crito nomine qui notus erat chremeti ⁊ simoni adductꝰ est ad eos ⁊ ostēdit glycerium esse ciuē atheniēsem. Tandemqꝫ inuenta est esse filia chremetis. Unde oēs gauisi sunt: ⁊ pamphilus eā ducit ⁊ relictā duxit carinus. In fine aūt totius fabule ostendā qūo omnes fere tandem leti effecti sunt: sed hec pro argumento sufficiunt: addere possum distinctionem esse faciendā illic. Nā ei aliā pater disponderat. Nō eñ aliā gnatā sꝫ aliā vxorē vcꝫ gnatam chremetis. In fine autem alia mcarino ⁊c. quidam legunt illā ⁊c.

¶ Argumentum prologi.

¶ Huius prologi ratio ratione eo tendit vt noui poete venia patet eo quod non vt reliqui poete argumentuꝫ suo loco narret tum deinde vt veterem in odium ducat. Postremo vt Terentiū modestissimum minimeqꝫ errantem comprobet.

Prologus.

Poeta cum primū aīm ad scribendū appulit id sibi negotij credidi solum dari populo vt placerent quas fecisset fabulas. Veruꝫ aliter euenire multo intelligit. Nam in prologis scribundis operam abutitur: nō qui argumētū narret: sed ꝙ maliuoli veteris poete maledictis rñdeat Nūc quā rē vitio dēt queso animū aduertite. Menander fecit Andriā ⁊ perinthiá: ꝙ vtrāuis recte norit ambas nouerit: nō ita dissimili sunt argumēto: sed tamē

¶ De nominibus ⁊ partibus personarum prime comedie.

Quantum aūt ad nomina personarū huius comedie partiū sciendū est propria noia ingenuis precipue cōuenire seruilibus aūt ⁊ inhonestis dantur noia patriarū aut officij gaudēt tñ proprio noie appellari. Uñ dauus dicitur a dacia syrus a syria frigius a frigia patria sua. Misis a misi. Lesbia a lesbo andria ab andro. Propria tamē noia interdū pro officijs finguntur: vt Pamphilus latine dicitur totus amans vel totꝰ in amore. Glyceriū dicitur dulcis amor. Chrysis aurea propter pulchritudinē ⁊ sic de alijs multis ꝙ res parum facit ad linguā vulgarē iocunda tñ est cognitu. Partes aūt dantur personis secundū principalitatē in agendo vnde illi dantur prime partes ꝙ plurimū ⁊ principaliter agit sic consequēter. Uñ in hac comedia prime partes dantur Simoni: scḋe Dauo. tertie Chremeti. quarte Pamphilo. quinte charino. sexte Misidi. ⁊ sic deinceps.

Poeta cū primū ⁊c. hic prologus quē in manibus habemus est relatiuus qm̄ in aduersarium maledicta reeferuntur: ⁊ quidē acriter ea tamen subtilitate vt poeta videatur oia refellere lacessitus aduersarij maledictis. Sunt aūt quatuor prologi species. Alius est commendaticius in quo fabula aut poeta cōmendatur. Alius relatiuus quo aut aduersario maledicta aut gratie populo referūtur Quidam est argumentatiuus fabule argumentū exponens. Quidā mixtus oia hec in se continens. hic aūt prologus est in quo defensor poete introductus ostendere nititur poetam modestū minimeqꝫ errantem ⁊ aduersariū in inuidiam vocare cuius maledictis rñdendo occupatus a narrando argumento supersedere cogitur. Comici aūt solent introducere nō seipsos in prologis loquentes: sed aliū inducūt ex abrupto aduersariū reprehendentem poete cōmendatione adhibita: qꝺ fecit aristophanes inducens in prima comedia sua chremetem: qꝺ etiā satis videre est in hoc ipso Andrie prologo in quo poete defensor inductus captat beneuolentiā a persona poete eā cōmendando ⁊ a ꝑsona aduersarij eā in crimē ⁊ in inuidiā vocando. ¶ Poeta cū primū ⁊c. Poeta a poeio. i. facio dicitur ꝙ carmina faciat. Verg. pollio ⁊ ipse facit noua carmina. Appello is. ex ad ⁊ pello significat subducere naues ad littus quasi pellere naues ad littꝰ. Inde appulsus. i. accessus ⁊ ꝓprie ad aquā vel ad littus: transfertur aūt ad alia: sed appello as. significat nomino as. Cicero in epistolis tertio quoqꝫ verbo orationis sue me appellabat: qꝺ ex ad et pello as. componitur ꝙ simplex nō est in vsu: sed cōposita eius appello ⁊ cōpello as. qꝺ est alloquor eris. Verg. prior eneā cōpellat achates. Negotiū interdū capitur ꝓ labore vt nō est magni negotij debilē superare. i. magni laboris. Interdū capit̄ ꝓ molestia cura sine sollicitudie. Cū primū vt. primū vbi primū statim vt simulat simulatqꝫ postqꝫ posteaqꝫ idē fere sibi volunt postulantqꝫ duo verba ꝙprimū vero qꝺ sibi significat citissime vnū tantum vt veni ad me ꝙprimū. i. citissime. Interdū cum primum due partes sunt vt hic ordo est. quum. i. quādo poeta appulit animū. i. applicuit vel adhibuit ingeniū ad scribēdū. i. cōponendum poema. credidit id negotij. i. illā sollicitudinem solū. i. tantūmodo dari sibi vt. i. ne nō: vt Donati sentētia fabula. i. fabule vel subaudiatur fabule quas fabulas fecisset placerent populo: vt sit sensus putauit sibi duntaxat illā curam siue illum timorē relinqui quod sue fabule populo nō placerent de quo vnusquisqꝫ poeta solet esse sollicitus. Aut si ponatur negotiū pro labore: ⁊ vt ꝓ qꝺ sensus erit putauit solum illum laborem sibi relinqui vt efficeret suas fabulas populo placere: sed spe falsus intelligit sibi esse maledictis poete lacessentis rñdendū itaqꝫ ordo est. Verum poeta intelligit euenire multo aliter. i. longe secus vel valde cōtra quare nā abutitur opera. i. labore ⁊ industria: hoc est nō bene collocat laborē suum in prologis. i. prefationibus scribendis presertim ꝙ poeta. s. non narret argumentum. i. fabule materiam vt facere deberet: sed qui respondeat maledictis. i. purget detractiones ⁊ criminationes poete natura maliuoli ⁊ longa consuetudine: quia iam veteris ⁊ in emulatione inueterati. Ubi aduertendum puto dictum Diomedis legendis operam abutitur. inquit enim ita fuisse antiquos locutos vtor hanc rem abutor hanc rem quod a recentioribus dictum est vtor hac re. i. abutor hac re. vt ait Donatus. vtitur fructu rem ipsam non deperdentes. Abutimur autem ⁊ rē deperdentes ⁊ fructum. vtimur enim agro abutimur oleo aut vino. Legunt etiam negoti pro negotij: vt versus approbat ⁊ scribūdis pro scribendis. Non qui subaudiatur non existens is qui vel vtpote qui non ⁊c. Nunc queso. i. posco vos spectatores animum aduertite. i. diligenter attendite quam rem vitio dent. i. quid vituperent ⁊ improbent. quod si subaudiatur hic datiuus poete sensus est attēdite de qua re poetam vituperēt. Nā dare rem aliquā vitio alicui est

eū vituperare super illa re. Jtidem vertere rem aliquā vitio cuiqȝ idem significat. Menāder narrat q᷒ vitio illi da-
bit inquiens verti vitio quod transferens sibi Menandri andriam ex perithia altera comedia greca cōcesserit in
suam latinam andriam que illi congruere visa fuerunt: quod non diffitetur confutans ab authoritate ⁊ exemplo
id vitium non esse precipue cum id grauissimi authores comici effecerint. Attende ordinem. Menander poeta gre-
cus fecit Andriam ⁊ perinthiam grecas comedias ⁊ bene fecit quia earum argumentum excogitauit. Scribit autem

dissimili oratione sunt facte ac stilo. Que cōuenere in
andria ex perinthia: fatetur transtulisse atqȝ vsum pro
suis. Jsti id vituperant factum atqȝ in eo disputāt con
taminari nō decere fabulas. Faciūt ne intelligēdo: vt
nihil intelligant qui cum hunc accusant: neuiū: plau
tum enniū accusant: quos hic noster authores habet
quorū emulari exoptat negligentiam potiusqȝ istorum
obscurā diligentiam. Dehinc vt quiescant porro mo-
neo ⁊ desināt maledicere malefacta ne noscāt sua. Fa-
uete: adeste equo animo: ⁊ rē cognoscite: vt pernosca
tis: ⁊ quid spei sit relictum: posthac quas faciet de in-
tegro comedias spectande an exigēde sint vobis pri᷒.

Terentius transferens: licet in ei᷒ laudem ⁊ fa-
cere quoqȝ dicatur: qui norit. i. cognouerit recte
i. bene ⁊ vt intelligi debet vtramuis earū scilicet
hoc est vtramlibet siue alterutram earū nouerit
ambas nō ita. i. nō adeo dissimili sunt argumen
to. i. materia: sed tamen sunt facte dissimili ora-
tione. i. dissimilibus sententijs: ac dissimili stilo.
i. iunctura verborū. Ubi aduerte oratione in sen
su siue sentētijs esse stilum in verbis siue eorum
iunctura qui etiā caracter dicitur: argumentum
autem in rebus. Ipse poeta fatetur transtulisse:
id est traduxisse ex perinthia greca in andriam
latinam ea que conuenere. i. commoda fuerunt: ⁊
apta atqȝ fatetur se esse vsum illis translatis ꝓ
suis. i. tanquam a se inuentis: vel pro sibi conue
nientibus: isti maliuoli. s. per cōtemptum dicitur
vituperant factum illud atqȝ disputant id est im
morantur: calumniantur vel argumentantur in
eo videlicet q᷒ sequitur nō decere. i. nō honestū
esse fabulas contaminari. i. quasi fedari aut ma
culari ex multis vnā faciendo. Contaminare em̄

est manibus luto plenis aliq̇d attingendo illud relinquere pollutum maculatū siue fedatum. Ne. i. certe vt ait Lau-
rentius. Uel vt Donatus. i. valde intelligēdo. i. prout nimis curiosi minima queqȝ timendo efficiunt vt nihil intelli-
gant. Interdū em̄ nimia curiositas ac vt poeta inquit obscura diligētia potius est omittēda qȝ sequēda. Alij capiūt
ne ꝓ vtrū interrogatiue illud dictū legēdo. Alij ꝓ nō verū: vt bene sentit Donatus: melius est vt ꝓ certe aut valde
accipiatur. Qui maliuoli cū accusant. i. arguunt hūc Terentiū accusant Neuiū Plautū Enniū poetas magne autho
ritatis. Quos poetas hic noster poeta habet authores. i. imitandos. i. quorū sequitur authoritatē: ⁊ eorū se tutatur
authoritate. Quorꝫ poetarū exortat. i. preeligit emulari. i. imitari: aliquādo inuidere. negligentiā. i. nō nimiā curio
sitatem potius qȝ exoptet emulari diligentiā. i. curiositatē obscuram. i. afferentē obscuritatē dictis istorū maliuolo
rum. Dehinc admonet eos vt cessent maledicere ne audiant male facta sua Dehinc. i. deinceps moneo. i. admoneo
eos vt porro. i. in futurū siue postea quiescant. i. quieti sedent: q̇ tā insolentes sunt ⁊ inquieti: neqȝ amplius animū
suū perturbatione inuidie vexēt. ⁊ desinent maledicere. i. detrahere ne noscant sua malefacta manifestatione poete
qua sit criminaturus eos ⁊ vitia detecturus ne cessant detrahere. Fauete. Ad auditores cōuertitur a quibus fauo-
rem ceptat. Fauete. i. fauorē date silendo sic ⁊ pontifices dicebāt. Fauete verbis: fauete linguis. Et Uerg. Ore faue-
te oēs adest. i. auxiliū prebete ⁊ intenti estote: vt aduocati adsunt clientib᷒ equo aīo. i. bono aīo: ⁊ cognoscite. i. intel
ligite rē. i. comediā agendā vt pernoscatis. i. perfecte noscatis eā rē. ⁊ etiā cognoscatis quid spei reliquū sit. i. q̄ sit
apud vos reliqua spes. Uel q̇d spei. i. que spes reliquū. i. reliquorū hoc est reliquarū comediarū sit apud vos. an. s.
vtrū comedias. i. comedie. Uel subaudi comedie quas comedias poeta faciet. i. transferet vel scribet posthac. i. am-
modo vel in imposterū. De integro. i. ex integris grecis vel denuo vt sit aduerbiū: sint spectāde. i. aspiciēde vobis ꝓ
a vobis an prius. i. anteqȝ spectātur vtrū sint exigende. i. excludende ab ex q᷒ est extra ⁊ ago agis q᷒ est duco ducis.
Tanqȝ dicat de hac fabula sumite specimen. i. degustationem: vt sciatis an certe vobis spectande sint.

¶ Expositio literalis huius prologi.

Poeta cum primū ⁊c. Poeta vt dixi in primo capitulo preambulorꝫ significat factorē rei quā artificiose
⁊ quasi diuine cōponit ⁊ fingit. Multe aūt sunt cause quare Terētius maluit dicere Poeta quū primū
quā sic Terētius quū primū quas causas: sic Donat᷒ ponit. Cū maiore honore poetā quē Terentiū di-
cit vt illud de ipso noīe de quo laborat ornaret. Pro quib᷒ verbis sciendū est primo ꝙ triplicia sunt ho
minū exercitia. Quedā sunt oīno honesta ⁊ magne dignitatis: vt sunt exercitia regū: principū: poetarū:
oratorū: magistratuū: ⁊ oīm ecclesiasticorū. Alia sunt oīno inhonesta vt oīm turpi q̄stu viuētiū vt sūt le
nones: meretrices: vsurarij: tortores: ⁊ eiusmodi. Alia sunt mixta sine dishonore ⁊ sine magna laude ⁊ dignitate: vt
sunt mechanica officia: textorū: fullonū: fabrorū: fartorū ⁊c. Qui in primis exercit᷒ sūt volūt noīe officij ⁊ dignitatis
appellari. Uñ si regē: principē: cācellariū: iudicem: cōsiliariū: prepositū: doctorē: locūtenentē aut eiusmodi proprijs
dūtaxat noībus appellaremus: ipsi crederēt sibi iniuriā fieri. Qui in exercitijs dishonestis sunt solo ꝓprio nomine
vocari volūt. Sicut etiā humiles persone gaudēt dū a diuitibus proprio nomine appellantur. Non em̄ amic᷒ eris
si quē lenonē: sicarium: aleatorē: tortorē: vsurariū: aut eiusmodi vocaueris. Qui in tertio sunt exercitio vtroqȝ mo-
rum fere simul libēter appellātur vt Joānes faber: Petrus Apothecarius ⁊c. Quia autē officiū poete honestissimū
est: vt primo capitulo ostēdit: ideo multi gaudebant salutari poete: sicut dicit Acron ꝙ greci poetas salutant chere
hoc est salue poeta. Romani etiā gaudebant sic salutari: quod Horatius moleste tulit in illis qui nō erāt veri poete
Uñ dicit in libro de arte poetica in persona sua pro quolibet alio. Descriptos seruare vices operūqȝ colores. Cur
ego si nequeo ignoro que Poeta salutor. Si ego inquit nescio seruare illud quod ad artificiū poeticuȝ ptinet q̄re
salutor poeta. q. d. iniuste: cū nullus debeat vocari poeta nisi sit dignus. Et si quis dicat quomodo Ter. cū iuuenis
etiam et de nouo incipiens ausus est se poetam appellare. Dices ꝙ in poetis non attenditur annositas neqȝ longa
experientia sicut in alijs artificibus. Quia vulgo dici solet alij artifices per doctrinā ⁊ studiuȝ exercitiumqȝ fiunt: sed
poeta nascitur quia diuinū ingeniuȝ quod ipsi a musis inspiratur sine labore obtinet. Et ideo dicit Terē. ꝙ credidit
sibi id negotij: hoc est officiū scribēdi poema dari quod nature est et fati: vt statim dicemus. Ne ergo quis dubitet an
qui hanc comediam scripsit esset poeta: dicitur in primo verbo prologi. Poeta ⁊c. Ut em̄ dicit Donatus. Teren. la
borauit de hoc nomine. hoc est incertū erat et nondū satis probatum an ipse esset poeta. Causa autem dubitationis
triplex erat. Una ex iuuēta: altera ex nouitate scribēdi. tertia ex genere scribendi. Posset em̄ aliquis dicere quomō
poetā appellas qui adhuc tam iuuenis est. Ad hoc potest dici ꝙ ad poetā nō requirūtur anni: sȝ diuinus spiritus. Et
si quis dicat: quid fecit vt poeta appellet. Rñderi potest ꝙ hāc fabulā sic trāstulit: vt nihil vitij in ea reperiri posset
qȝuis emuli eius diligētiā fecerint vt aliq̇d reprehēsione dignū ānotarēt. Tertio si dicat ꝙ nō satis sit cause ad hoc

vt quis poeta appelletur ꝙ comedias scripserit: qꝛ vt dicit Hora. in sermonibꝰ dubitādū est an comedia esset poema. Propterea ꝙ acer spiritꝰ ⁊ vis ꝟboꝝ in ea nō esset ⁊ multi asserūt ꝙ nō eēt poema vt diximꝰ in primo capitulo. Uerum Teren. nolens excludi a dignitate tāta dicit se esse poetā. Cām dicimus statim vbi oñdemus quare se dicit facere fabulas. Est ergo vna cā quare a noie poete incipit: qꝛ voluit poeta a dignitate officij appellari. Scda est qꝛ appellādo se poetā remouit dubiū an esset poeta: nō tñ loq̄tur in ꝓpria ꝑsona: qꝛ vt prius dictū est in comedijs. Poeta nūꝗ̄ loquit̄ sꝫ qꝛ certū est ꝙ ꝓlogū fecit tātū est ac si ipē loqueret̄. Tertia causa pōt esse qꝛ qñ aliq̄d facimꝰ nō propria authoritate sꝫ noie officij: tūc cōueniēs est vt nomē officij ⁊ dignitatis nr̄e exprimamꝰ. Qꝛ ergo edere comedias est officiū poete iō poeta ⁊c. ⁊ nō Terētius est ⁊ alia causa satis efficax: qꝛ em̄ Terētiꝰ adhuc erat ignotꝰ ⁊ nullas ediderat fabulas forte si dictū fuisset. Cū Teren. primū aim appulit ⁊c. ppl's aufugisset: dubitās an dignꝰ eēt cuius opa viderent̄ itaq̄ʒ vt honestatē officij ⁊ suā dignitatē ꝓfiteret̄: fecit ꝓlogū dicēs. Poeta cū primū ⁊c. Aliud in quo fertilis est significatio est illud verbū appulit. Appellare em̄ ꝓprie est nauē ex maris tēpestate ad portū dirigere qđ fit pellēdo ventos: fluctus: ꝓcellas: ⁊ scopulos in quo magna est difficultas. Applicat̄ aūt ꝓprie ad officiū poete: qꝛ iuuenilis etas vt dicimꝰ est instabilis ⁊ incerta vt mare. Et iō dicit Terētiꝰ qꝛ applicauerit aim ad scribēdū sicut nauē appelleret ex maris ꝑturbationibꝰ. Uñ magna diligētia ⁊ feruēs studiū ad ppl'm cōplacēdū significat̄. Tertiū vocabulū est dari. dr̄ em̄ dari ꝙ benignitate nature seu fatoꝝ siue nr̄a opa nobis cōtigit. Uñ qñ nobis aliquā specialē grāz in oculis oīm dicere voluimꝰ: dicimꝰ hoc mihi datū est vt placeāt q̄ facio oia. Qꝛ ergo Terē. ex natura poeta sic dicit ꝙ credidit sibi offm̄ scribēdi fabulas dari. Quartū vocabulū est fecisset. Facere em̄ ꝓprie cōuenit poetis qꝛ faciēdo appellant̄. Sed tūc tm̄ facere dicunt̄ qñ aliq̄d de nouo cōponūt. Uñ trāslatores nō dicerent̄ ꝓprie facere: nisi qꝛ tā artificiose transferūt vt nō solū transtulisse: sed ēt multa fecisse putent̄ precipue q̄tū ad artificiū: et modū dicēdi. Pōt ēt dici ꝙ Terētiꝰ ꝓprie dixit ꝙ credidit sibi officiū scribēdi solū dari vt fabule q̄s fecisset placerent ppl'o: qꝛ licet primū comedias transtulit principaliter tñ intēdit comedias facere vt patet ex eius vita. Alia in quibꝰ nō est magna difficultas patebunt in processu ⁊ declaratione totius textus que talis est.

POeta cū primū ⁊c. In hoc ꝓlogo q̄tuor fiūt. Primū oñdit poeta liberalitatē suam erga ppl'm: vt eiꝰ grāz mereret ⁊ aduersario suo odiū faceret. Deinde purgat se ab opprobrijs sibi sine causa obiectis. Ultimo rogat vt cū silentio audiat. Pria pars est in principio. Secunda ibi. Sed q̄ respōdeat maledictis ⁊c. Tertia ibi. Nūc queso aiaduertite ⁊c. Ultia ibi fauete ⁊c. Liberalitatē ⁊ honestatē suā erga ppl'm ostēdit q̄si in quolibet ꝟbo vt patebit: qꝛ oia tangit q̄ pñt beneficiū cōmendare. Uñ si queras quis est qui beneficiū cōtulit. Rñdet̄ dignissima ꝑsona videlꝫ poeta. Si queras qñ cōtulit. Respondet̄ primū. i. citissime ⁊ in prima etate ⁊ vtrūq̄ʒ gratissimū est. Si queras quō cōtulit. Rñdet̄ ꝙ appulit qđ difficillimū erat ꝓpter ꝑturbatiōes in quibꝰ adulescētia est. Si queras q̄d appulit. Rñdet̄ aim. i. rōnē ⁊ volūtatē: sꝫ rōne nihil est dignīꝰ ⁊ volūtas sola ē nr̄a: ⁊ iō ab ea deus honorari ⁊ amari vult. Si queras ad q̄d appulit aim. Rñdet̄ ad scribēdū qđ honestissimū officiū est: qꝛ scribere capit̄ hic nō ꝓ eo qđ est litteras formare: sꝫ ꝓ eo qđ est aliq̄d nouū ⁊ bonū cōponere: vñ sancte doctrine ⁊ diuina scripta vocant̄ sacre scripture. Si queras q̄re appulit aiꝫ ad scribēdū. Rñdet̄ ꝙ credidit sibi id negotiū. i. officiū scribēdi dari. i. credebat ꝙ sibi datū esset a natura. Sed ad q̄d: rñdet̄ iō vt placerēt ppl'o fabule q̄s fecisset in q̄ ostendit̄ magna liberalitas: qꝛ nihil p̄mij expetebat p̄ter ꝙ̄ bñplacitū ppl'i. Deinde mouet magnā cōpassionē erga se. Primo qꝛ hoc vnū nō potuit impetrare. Scdo qꝛ multum a spe sua decidit. Tertio ꝙ sine culpa sua decidit vñ dicit. Uerūtñ ipē poeta itelligit sibi euenire multo aliter ꝙ̄ vt ppl'o placerēt fabule sue. Si queras quō intellexit. Rñdet̄ qꝛ sperauerat ꝙ totā fabulā ppl's benigne spectaret ⁊ nihil sine cā reprehēderet. ⁊ tñ Luciꝰ lauiniꝰ vetꝰ ⁊ maliuolꝰ poeta añꝙ̄ ageret̄ reꝑhenderat eā: vt dicimꝰ. Uñ ꝓ textus cōtinuatiōe hoc sufficit. Credidit Terentiꝰ ꝙ tote fabule sue placerēt ppl'o: sꝫ nūc intelligit multo aliter euenire. Nā abutit̄ hoc est coactꝰ est abuti opa in ꝓlogis scribēdis. Propria em̄ opa ꝓlogoꝝ est narrare argumētū: sꝫ qꝛ Luciꝰ lauiniꝰ q̄ comediā Terentij anteꝙ̄ ageret̄ inspexerat eā male trāslatā eē dixerat. Iō Terētiꝰ nō potuit in ꝓlogo isto argumēta narrare: sꝫ coatꝰ est rñdere maledictis veteris maliuoli poete hoc est Lucij Lauinij aduersarij sui ⁊ ita conat̄ Terētiꝰ gn̄are odiū aduersario suo ꝓpterea ꝙ voluit impedire ne amplius ad cōplacēdū ppl'o scribat: ⁊ hec de prima ⁊ scda partibꝰ. In tertia q̄ incipit ibi. Nūc queso ⁊c. Excusat se poeta ostēdēs ꝙ sine cā accusatus eēt. dr̄ hic ꝙ ipē fecit ēt antiqui ⁊ doctissimi poete fecerūt: ⁊ ita q̄ reprehendūt Terentiū debēt ēt illos reprehēdere quoꝝ authoritas maior est ꝙ̄ illoꝝ q̄ Terentiū reprehēderūt. Causa aūt reprehēdēdi erat ꝙ Terētius trāsferēdo Andriā menādri sumpsit aliq̄ ex perinthia eiusdē. Sūt aūt Andria ⁊ perinthia noia duaꝝ comediaꝝ menādri poete greci: hoc excusat Terētiꝰ dupliciter. Primo qꝛ potuit hoc cōueniēter fieri ꝓpter similitudinē argumēti. Andria em̄ menādri ⁊ Perinthia eiusdē: quasi ex vna materia sunt. Et ideo potuit aliq̄ q̄ in vna ponūtur in alterā trāsferre. Uerūtamē ne videat̄ Menandrū velle reprehendere ꝙ de vna re duas comedias fecerat oñdit ꝙ hoc potuit facere ꝓpter diuersitatē stili ac orationis hoc est ꝓpter diuersitatē forme ac modi scribēdi. Sicut em̄ ex eadē materia possunt formari diuersa animalia ꝓpter diuersitatē forme: vt ex vna certe pōt formari leo ⁊ agnus: sic ex vno argumēto possunt ꝓpter diuersitatē stili fieri due comedie etiā in vna lingua. Uñ habet̄ ꝙ traslatores comediaꝝ bene facere dicunt̄: qꝛ formas dāt. Secūdo ostēdit Terētiꝰ hoc sibi licere qꝛ licuit antiquis poetis quos imitat̄. ¶ Notādū aūt est ꝙ dicit in plurali numero. nūc aiaduertite q̄so de qua re vituperēt ⁊c. cum tñ antea dixerit: ꝙ debeat rñdere maledictis vniꝰ veteris ⁊ maliuoli poete. Ad hoc aūt rñderi pōt dupliciter. Prio ꝙ Lucius ille vetus poeta erat cā mouēs sꝫ tñ plures habuerat sibi cōsentiētes. Scdo pōt dici ꝙ est modus irascentiū ꝓpter vnū multa dicere. Uñ in scda comedia ꝓpter vnā meretricē dr̄. Nō possuꝫ pati meretricū cōtumelias. Et in primo eneid. de vna naue amasia dr̄. Nauibꝰ in fundū amissis ⁊c. si etiā hic de vno posset pluraliter loq̄. Notādū ēt ꝙ ironice ⁊ derisorie dicit ꝙ mallet seq̄ negligentiā antiquoꝝ poetarū ꝙ̄ diligentiā suorū aduersariorum. Nō em̄ vult dicere ꝙ antiqui illi poete q̄ ex pluribus grecis comedijs vnā latinā effecerant essent negligentes sꝫ amare deridet aduersarios suos q̄ dicentes ꝙ ipse hoc faciens esset negligens in opere suo. debuerunt ēt dicere ꝙ Plautus Ennius ⁊ Neuius q̄ hoc idē sepe fecerūt essent negligentes. Sensus ergo verus est. Qđ Terentius mallet sequi antiquoꝝ neglīgētiā nō qui negligentes erāt: sed quos aduersarij negligentes debebant indicare ꝙ̄ obscuram diligentiam ipsoꝝ aduersarioꝝ. Debebāt aūt dicere ꝙ illi antiqui poete comici essent negligētes. Qꝛ dicerēt ꝙ Teren. negligentē andriā menandri transtulisset ex eo ꝙ ex perinthia assumpserat aliqua diligens aūt poeta vt censerūt nō deberet nisi ex vna greca vnā latinā cōficere. Qđ si negligentie est hoc facere etiā Plautꝰ Ennius ⁊ Neuius erāt negligentes: q̄ hoc sepe effecerāt. Sed vult Terē. dicere ꝙ hoc nō est inconueniens: neq̄ʒ negligentiam arguit: sed ꝙ mallet seq̄ talē negligētiā ꝙ̄ obscurā diligentiā aduersarioꝝ: dicit obscurā. i. ignobilem ⁊ illaudatam diligentiaꝫ. Mala est em̄ diligentia qua cauemus qđ perfectissimi viri fecerunt in eodē genere artificij ⁊ ita vocat eā obscurā sicut em̄ viros nobiles illustres ⁊ laudatos vocamꝰ claros eo qđ virtus ⁊ fama eoꝝ clarescat: ita ecōtrario ignobiles ⁊ turpes obscuros dicimus. Nō erat aūt clara diligentia: qꝛ p eū nō viderūt ꝙ etiam antiquos poetas autenticos viros quos reprehendere nō licet accusarent. vñ dicit faciunt ne intelligendo vt nihil intelligāt ⁊c. quorū verborum varia est sentētia. Nā pōt accipi sicut nos accipimꝰ sic: faciūt aūt sic valde intelligendo vt nihil intelligāt: vel pōt accipi cū amara interrogatiōe. vt sic faciūt ne hoc intelligēdo. q. d. sic faciūt intelligēdo vt nihil intelligāt qꝛ nō intel-

ligũt ꝙ autēticos viros ſimul cũ poeta noſtro accuſant. Ubi aũt dicit. Deinde vt poſthac ⁊c. Innuit poeta ꝙ alibi
exprimit ſe mlta habere aduerſarioꝝ vitia:ſȝ ea nõ vult mõ recitare:ſȝ monet dũtaxat ſi nõ velint male audire ꝙ de
ſinãt male dicere. In quo laudat̃ modeſtia ⁊ honeſtas poete. In fine autē vbi dicit fauete notat̃ fiducia poete:vt eñ
dicit Quintilianus orator dȝ pre ſe ferre fiduciã qꝛ niſi ſic putaret̃ agere ineptã cãm. Magna aũt fiducia eſt de ope
ſuo qñ q̇s ꝑcat̃:vt bene examinet̃ ⁊ diſquirat̃ an dignũ ſit ꝙ ſpectet̃. Uñ vult poeta ꝙ populꝰ ſumat experimētũ ex
hac fabula an fabule q̃s poſtea de integro hoc ſine argumēto greco ſȝ oĩno de nouo facturꝰ eſt ſint ſpectãde an ꝓ
ſint priuſq̃ ſpectēt̃ exigēde.i.expellēde vt voluerũt aduerſarij. Cũ magna ãt amaritudie ſtomachi dixit an ſint exi=
gēde. Exigere eñ ꝓprie ē eijcere aut expellere. Cõponit ei ab extra ⁊ ago vt ſciũt grãmatici. Exigit̃ aũt canis cũ qñ
fetet:aut qñ obſcenũ q̇d portat. Itaq̃ voluiſſent aduerſarij ꝙ auctores comediarum Terentij eſſent exacti:tanq̃
canes obſcenum afferentes. Nunc ad alia.

¶ Sententiarum prologi declaratio.

POeta quũ primũ ⁊c. Hic ꝓlogus ꝑ ꝑte eſt cõmēdatiuꝰ:⁊ ꝑ parte relatiuꝰ:vt ptȝ ex.xvij.capitulo preambu=
lorũ. Eſt eñ cõmēdatiuꝰ: qꝛ cõmēdat ⁊ laudat ꝑſonã poete vcȝ Terētij. Eſt aũt relatiuꝰ qꝛ refert maledicta
in aduerſariũ:ſȝ cũ multa modeſtia vt videbimꝰ:cõmēdat̃ aũt vt dicit Donatꝰ ipe Terētiꝰ a tribꝰ. Prio a
pudētia ſeu pudore ⁊ modeſtia. Scđo a prudētia. ⁊ tertio ab honeſtate. Ois eñ mētio huiꝰ ꝓlogi eſt vt
nouo poete gratiã ppl'i ⁊ veteri odiũ generet. Nõ obliuiſcēdũ aũt eſt ꝙ vt prius paruit. Prologus eſt ſer=
mo ꝓcedēs principalē actũ quo ſolet captari ſilētiũ ⁊ beniuolētia ppl'i ⁊ argumēti ps narrat:ſȝ Terētiꝰ ab aduerſa
rijs impeditꝰ id facere nõ potuit vt in hoc ꝓlogo ⁊ in alijs fere oibꝰ dicet̃. Scies etiã ꝙ ꝓlogus nõ dr̃ a poeta qꝛ co=
medie ſunt luſoria poemata in q̇bꝰ poeta nuſq̃ loquit̃. Dicit̃ aũt vtplurimũ ab eo q̇ curã principalē ludēdi hȝ ſicut
ab eo q̇ in cõibꝰ ludis librũ tenet. Et qꝛ poeta nõ loq̇tur ab ipo ꝓlogus cõpoſitus eſt. Ideo audacius põt ꝑſonã ſuã
cõmēdare:ſȝ tñ id faciēdũ eſt modeſte ſicut etiã poeta id facit. Qꝛ vt Donatus ſubtiliter dicit. Poeta in ꝓlogo cõmē
dat̃ ab eo ꝙ pudēs eſt:ꝙ honeſtꝰ ⁊ prudēs. Que tria cũ hic appertiſſime habeant̃ a paucis tñ diſcernunt̃. iõ ꝓ virili
noſtra laborauimꝰ ea oñdere. Primũ oñdit̃ Terētiꝰ pudēs. Eſt aũt pudētia ſeu pudor q̃dã naturalis modeſtia q̃ in=
tra limites noſtre dignitatis nos cõtinemꝰ:neq̃ audemꝰ maiora q̃ digni ſumꝰ de nobis predicare: erubeſcimuſq̃ ſi
alij de nobis ꝑdicēt. Cõtra dicũt impudētes q̇ oia ſibi vſurpãt vltra q̃ meriti ſunt. Terētiꝰ aũt pudēs eſt. Prio qꝛ tã
modeſte libertatē ſuã cõmemorat. Nõ eñ dicit q̃ magna bñficia in populũ cõtulit:ſȝ ſolũ ſperauerat populo placere
neq̃ rogat vt comedia ſua laudet̃:ſȝ cũ ſilētio ſpectet̃. Scđo oſtēdit ſe pudētē in aduerſario vituperãdo ⁊ id dupli=
citer prio qꝛ nõ noiat eũ:deinde qꝛ nõ dicit eiꝰ vitia:ſȝ ſolũmodo admonet:vt deſinat maledicere. Honeſtas aũt poe
te oſtēdit̃:primo ex officio qꝛ poeta eſt:ſecũdo ex libertate:qꝛ oia q̃ ad libertatē faciũt obſeruat:tertio ex modeſtia
erga aduerſariũ cui tã honeſte rñdet. Prudētia poete oñdit̃ ex animi eiꝰ tēperãtia:ſȝ eñ iniuſte leſus fuit:nõ tñ im=
modeſte aduerſariũ carpit:ſȝ ſe honeſte excuſat:⁊ aduerſariũ pie admonet. Oſtēdit̃ ēt prudētia eiꝰ in artificioſa cõ
poſitiõe ꝓlogi iſtiꝰ. Eſt eñ artificioſiſſime factꝰ iuxta artē rhetoricã. Qꝛ in ꝓlogis habet̃ officiũ oratoris:vt in alijs
dicet̃. Et eſt in genere demõſtratiuo:qꝛ in cõmēdatiõe ⁊ vituperatiõe certaꝝ ꝑſonarũ principaliter cõſiſtit. Ut̃ aũt in
principio eē q̇dã color ſeu honeſtas loquēdi q̃ dr̃ apud oratores cõtētio:eo ꝙ ſingule ptes ſniarũ inter ſe cõtendũt ⁊
litigãt:q̃ cõtētio multũ facit ad claritatē ſermonis:qꝛ vt dicit philoſophus. Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluce=
ſcũt. Primũ ergo nitit̃ acq̇rere. Tertio fauorē populi ex beneuolētia ⁊ liberalitate ſua erga populũ. Et deinde odiũ
ciauit prouide atq̄ conſilio repertū: ⁊ bene demens dixit. nam demens eſt qui amore captus eſt: ſequitur eñ quo ducit
voluptas nō quidē ſui cōpos adeo itaq̄ demens eſt: vt. ſ. ſuſcipiat filiū ex peregrina.i. meretrice: nam peregrine mulie-
res: inhoneſte ac meretrices habebātur. Iam.q.d. nunc primū ſcio factū filij. ah interiectio dolentis vix tandem.i. poſt
multū temporis adhuc vix potui ſentire. ⁊ id dicēdi genus nō tam refertur ad diuturnitatē temporis q̄ ad effectū expe
ctantis. Cice. ad appium. Uix tandē legi literas dignas appio. ⁊ Uergi. vix tandē magnis ithaci clamoribus actus cō
poſito rumpit vocē. Uix tandē ego Simo ſtolidus ſenſi.i. percepi fallaciā. ſ. quam cōminiſcuntur aduerſum me ⁊ Chre
metem. Stolidus dicitur qui proxime accedit ad naturā ſenſumq̄ pecudū. Et cum q̄nq̄ ſenſus habeamus cōmunes
cum alienis. duos tamē viſum ⁊ auditū magis ſenſibiles habemus q̄ pecora. Duabus aūt rebus ſcimus aut ratione
aut ſenſu q̄bus maxime preſtamus ceteris animalibus. Da. Quid hic. Si. ait ſe ſenſiſſe hec fallacia primū affertur iam
mihi ab hoc dauo. ſ. Simulāt hanc Glyceriū parere quo.i. vt abſterreant.i. deflectāt chremetem a dāda filia ſua Gly.o
Iuno lucina ſic dicta ab eo qđ in lucē producat. fere opem dicitur in malis rebus ⁊ ab his qui de ſalute dubij ſunt. Igi
tur fer opem.i. opitulare partui.i. propter qđ lucina eſt dicta inde obſtetrix. vt Dona. vult. dicit ꝙ opem ferat obſecro.i.
per ſacra rogo. ſerua.i. cuſtodi me parientē ſiue puerperā: hoc eſt etiā ſerua me cum ero partu liberata. Si. Hui interie-
ctio eſt irridētis. tam cito illucuſq̄ ſubaudi peruētū eſt ridiculū ſicut prius dixit fabule ⁊ Perii⁹ nuge ⁊ eſt vultuoſe.i.
cum geſtu ⁊ capitis motu pronunciandū.q.d. q̄ſta ridendi materia qđ verbū an nomē an aduerbiū dicendū ſit. Do. du
bitans tandē in eam deſcēdit ſententiā vt magis aduerbiū ſit. videtur tamē nō inepte dici poſſe illud eſſe nomē ſubſtā
tiuum neutri generis. Poſtq̄ audiuit me ſtare.i. ſtantē eſſe ante ſuū oſtium approperat.i. eiulare et innouis auxilium
implorare feſtinat. O daue. Hec que fiunt. ſ. nō ſunt diuiſa.i. digeſta cōpoſita: diſtributa tibi.i. a te ſatis cōmode.i. ſatis
oportune vt nō prodaris ⁊ vt nō tua ſentiat fallacia. tēporibus.i. per tempora. Da. mihin.i. mihine nō ſunt ſat cōmode
diuiſa: q: dixerat Simo. tibi rñdi Dauus mihin. quaſi nō intelligēs quid loquatur ſenex. Si. nū.i. nunquid.q.d. nō es

immemor.i.oblitus discipuli.i.Pamphili: q̃ ad has fallacias faciendas instruis.dixerat enim prius tum si quis ma-
gistrum cepit ad eam rem improbū:ideo dauus reputatur magister.Pamphi.vero discipulus. Da.ego nescio quid nar
res.i.quid dicas.Si.hiccine:id est hic ne hoc est verū si hic dauus adortus esset.i.aggressus esset: nam adoriri dicitur
qui ex insidijs repente inuadit dictū ab eo ꝙ corpora aggredientiū exurgant subito atq; inerescant si adortus esset me
imparatum.i.improuisum in nuptijs veris.i.vere celebrādis:quos ludos.i.quos iocos quas irrisiones nūc redderet:
id est obijceret mihi ꝛ retorqueret in me. Nunc.fit
impersonale est: vt Cicero ad Gelliū. sedulo fit.i.
res agitur in nuptijs.laboratur periculo.i.in peri
culum ꝛ perniciē huius daui. ego Simo nauigo
in portu.i. tutores meos ago circa omne pericu-
lum metaphoricos ex maris tranquilitate.

Ascensius.

Ita pol.qui ꝛc. Hoc est donatus censet
principium tertij actus.Qui vero dicūt
primum actum tantū vnam habere sce
nam:nō ponunt hic nonum actum: sed
dicunt Simonem cum Dauo restitisse.
Quod verosimile non est quia si Dauus perman-
sisset non tot verba de eo dixisset Simo. Preterea
prius longe fuerūt a domo Chrysidis seu Glyce-
rij ante quā nūc sunt.Dicemus ergo cum Dona-
to hic tertiū incipi actū: ꝛ ita cōtexemus historiā.
Postq̃ Simo introgressus iusserat seruis que do
mi agerēt:rursus egreditur : et Dauus eum forte
iniussus sequitur: vt obseruaret quidnam ageret.
Egressus aūt erat ad cōueniendū Chremetē quo
eundo dum perueniret vsq; in domum Chrysidis
audiuit Misidem ad Lesbiam obstetricē pro qua
missa fuerat:dicētē.Ita pol ꝛc.Quo audito retro-
cessit:vt intelligeret quid diceret ꝛ tamē non vide
retur ab ea vnde etiā cum ea nihil loquitur.In se
quenti aūt scena iubebit dauo introire: quia non
expediret ipsum interesse qñ Chremetem cōueni-
ret:vnde videtur in iussu dñi secutus. Uerum nō
omnia sunt mihi que sentio dicēda:illud tamē nō
tacebo donatū hic legere.Num immemores disci
puli vt sit.Num discipuli tui sunt imemores pre-
ceptorum tuorum. Uel num mulieres sunt imme
mores discipuli tui videlȝ Pam. Cuius tu ad ne-
quitias p̄ceptor es.Si quis dicat poetā facere con
tra illud Horatij de arte. Nec quarta loqui perso-
na laboret : q: hic quinq; sunt persone. Dicemus
ꝙ nō simul nec inter se oēs loquūtur. Nam misis
et Lesbia non loquūtur cum simone ꝛ dauo. Gly
cerium antē tantū semel loquitur: ꝛ id intus atq;
adeo partiens. Dauus autem fere secum: aut ad

mum affertur iam mihi ad hoc fallacia hanc simulāt
parere quo Chremetem absterreant. Gly. Juno:lucina
fer opem serua me obsecro. Si. hui tancito ridiculum
postq̃ ante ostium me audiuit stare approperat. Non
sat cōmode diuisa sunt temporibus. Da. hec tibi. Da.
mihin. Si. Num immemores discipuli. Da. quid nar-
res nescio. Si. hiccine:me si imperatū in veris nuptijs
adortus esset quos mihi ludos redderet. Nunc huius
periculo fit ego in portu nauigo.

Lesbia. Simo. Dauus.

AR In hac scena perq̃ scite exprimitur consuetudo medici vel me-
dice de domo egroti abeuntis. Nam Lesbia egrediens de negotijs
eius et morbo loquitur. Preterea Daui et Simonis de puero edito
callida habetur altercatio.

Adhuc archilis que assolent queq; oportent
signa esse ad salutē oīa huic esse video nunc
primū fac istec. vt lauet post deinde qd iussi
ei date libere ꝛ q̃tū imperaui date. mox ego
huc reuertar. Perecastor scitus puer est natus e pāphi
lo Deos queso vt sit superstes quādo quidē ipse est in-
genio bono. Qñq; ꝛ huic veritus est optime adulescē-
tule facere iniuriā. Si. vel hoc q̇s nō credat(q̇ te norit)
abs te esse ortū. Da. q̇dnā id est? Si. nō impabat corā
q̇d op⁹ facto esset puerpere : sed postq̃ egressa est illud
que sunt intus clamat de via. O daue itan ɔtēnor abs

populum loquitur.Si.vero parum donec mulieres introgresse erant:et interdum etiam secum vt non intelligat Da-
uus.Pulchrum autem est ꝙ vterq; astutia sua capitur.Ideo autem puerpera intus loquitur:quia Horatius dicit. Nō
tamen intus digna geri promes in scenam:multaq; tolles. Ex oculis que mox narrat facundia presens.In hoc autem
tertio actu fient maxime cōmotiones.Nam id in comedijs fit:vt in primo actu cōmotiones et turbe excitentur.In se-
cundo crescant.In tertio consummate sint.In quarto decrescant et in quinto finiantur.

Adhuc archilis que assolent ꝛc. In hac scena spectari pōt q̃ scire expssa sit cōsuetudo medici vel medice egre-
dientis de egri domo.nam veniēs lesbia de negotijs eius loquitur abiēs de morbo.O Archilis adhuc: id est
hucusq; video oia signa que assolent queq;.i.que oportet(quidā codices habēt: oportēt:attamē oportet raro
personale inuenitur)esse ad salutē adesse huic Gly.Medicina habet esse aut in ratione:aut in consuetudine:
aut in exēplis.Assolent ergo cōsuetudinis est.oportet rationis nūc primū in.primis fac.i.da operā vt istec.i.
puerpera Glyceriū lauet se.s.vel si istec sit accusatiuus pluralis generis neutri:vt vult Donatus.sic astrue.fac.vt Glyce
rium lauet istec.i.illa que ei lauāda ostēdebat Lesbia:ꝛ hāc sententiā cōprobat Donatus altera improbata pp̄ter hāc
rationē ꝙ nō cōtinuo solēt puerpere post puerperiū lauare: sed diebus omissis post deinde alterū abūdat:date ei bibe
re qd iussi et quantū imperaui. hoc aūt dicēdi genus date ei bibere cōsuetudine magis q̃ ratione dictum est.nam duo
verba sic vna iūcta male coherent sine noie aut pronomine:vt si dicas dic facere.date ergo ei potionē mox.i.statim re-
uertatur huc. Perecastor ꝛ periungēda est cum scitus vt sit e castor.i.perecastorū aduerbiū iurādi aptū feminis sicut
pol.i.per pollucem prescitus puer.i puer valde scite factus vel perscitus.i. elegans pulcher natus est e Pamphilo.i.ex
opere Pāphili queso deos vt sit superstes.i.saluus diu viuēs:superstites sunt senex ꝛ auus:q: senes multis supstites.i.
superuenientes etate delirant.vnde ꝛ superstitio dr.i.vana religio : ꝛ superstitiosi qui vana religione implicati delirant:
quādoquidē.i.q: certe ipse.s.Pamphilus:hic em̄ trāsitus fit a puero ad ipsum Pamphilū: est bono ingenio.i.bona na
tura:q;.i.ꝛ quādo.i.quia.ꝛ.i.etiā veritus est facere iniuriā huic optime adulescētule.s. Glycerio.Si.Uel.i.etiā quis nō
credat qui norit te Dauū hoc.i.hanc fallaciā esse ortū.i.profectū cōmentū cōpositum.instructū abs te dauo. Da.quid-
nam.i.Simo.Lesbia non imperabat puerpere Glycerio:puerpera em̄ omnis dicitur que peperit siue que superioribus
diebus mater est effecta)corā.i.in cōspectu siue in p̄sentia puerpere:corā ad certas psonas palam ad oēs refertur quid
esset opus facto.i.facere:sed postq̃ egressa est clamat illis mulieribus q̄ sunt intus de via.i.de itinere siue de vico.O da
ue.itan.i.adeo ne cōtemnor abs te.Tēno grecū est.i.credor ꝛ reijcior:veteres em̄ illud dicebāt sine prepositione:aut tan
dem:ibi tādē habet quiddā vrgēs ꝛ accelerās.q.d.sine longiori sermone ita ne videor tibi idoneus esse i.aptus et huic
rei natus:quē.s.me incipias fallere dolis.i.fallacijs siue fraudibus tam aperte saltē incipias iuq; me falere dolis : tam

accurate.i.tam diligēter ꝛ cum tāta cura ꝛ tam subtiliter:vt videar metui a te.s.certe.i.pfecto si rescivero.i.si cognoverim. Simo: vel certe si rescivero: quidā dicūt si rescivero pro cognoverim. sed prima snia mihi potissimum placet. Deest autem hic aliquid ut rescivero: acerbe te puniā vel te in pistrinū dedam: fallere me per aposiopesim: decst acerbe te puniā vel te in pistrinū dedam:q̄dā dicūt si rescivero pro cognoverim: scz fallere me per aposiopesim.q.d.putas ꝙ nō rescivero ꝛ ita stultū me putas:vt id me latuerit:sed prima snia mihi potissimum plz Da.certe hercle.i.per herculē hicipsus.i.hicipse fallit se.i. se decipit haud.i. nō ego eum.s.falso. Si.edixin.i. iussi ne vel imperaui ne tibi ꝛ interminatus sum ꝛ phibui ne faceres fallaciā in nuptijs. Num.i.nūquid.q.d.non veritus es.s.facere fallaciā veretur liber metui seruus

te aut ita ne tādē idoneus tibi videor esse:quē tam aperte fallere incipias dolis:saltē accurate vt metui videar: certe si rescivero. Da. certe hercle nūc hic ipsi⁹ se fallit haud ego. Si. Edixin tibi interminat⁹ sum ne faceres. Num verit⁹ es q̇d retulit. Credō tibi hoc nūc peperisse hāc e pāphilo. Da. caueo q̇d erret:ꝛ q̇d agā habeo. Si. quid taces. Da. q̇d credas quasi nō renūciata tibi hec sint sic fore. Si. mihi in q̇sq̄. Da. eho. an tu te itellextin hoc assimularier. Si. irrideor. Da. renūciatū est nā qui istec tibi incidit suspitio. Si. Qui? q̄ te norā. Da. quasi tu dicas factū id cōsilio meo. Si. certe em̄ scio. Da. nō satis me pnosti etiā qualis sim simo. Si. ego ne te. Da. sed si q̇d narrare tibi occepi ꝯtinuo dari tibi v̄ba cēses. Si. falso. Dau. Itaq̃ hercle nihil mutire iā audeo. Si. Hoc scio vnū ego neminē pepisse hic. Da. intellextin? sed nihilo seci⁹ deferet mox huc puer ante ostiū id ego nūc iam tibi here renūcio futurū vt scis sciēs:ne tu hoc mihi dicas posteri⁹ daui factū ꝯsilio aut doloris: prorsus a me opinionē hāc tuā esse ego amotā volo. Si. vn̄ id scis? Da. audiui:ꝛ credo. Si. multa cōcurrunt simul qui cōiecturā hāc nō facio. iamprimū ex se e Pāphilo grauidā dixit esse inuētū est falsū. Nūc postq̄ vidit nuptias domi apparari missa est ancilla ilico obstetricē accersitū ad eā ꝛ puerū vt afferret simul. Da. hoc nisi sit puerū vt tu videas nihil mouētur nuptie pāphilo. Si. Quid ais? cū intellexeras id cōsilij capere cur nō dixti

quid retulit.i.quid interfuit quid profuit tibi edicere ne faceres: nam referre prima lōga significat interdū vtile esse siue pdesse:ꝛ est sensus sic contēpsisti quasi non tibi cōminatus sim : et ideo nihil profuit prohibere tibi ne faceres: q̄ nihilominus effecisti ꝯtra iussum meū credō.i.credone tibi hoc qđ sequitur:vcz hanc Glyceriū nūc peperisse e Pāphilo.i.ex opere Pamphili. Da.teneo.i.scio intelligo quid.i.pter quid erret.i.fallatur deliret ꝛ habeo.i.scio. Cicero ad lentulū habes de vaticinio cognoscere de crasso.habeo ergo.i.scio quid agam.i. loquar ꝛ rn̄deam: ꝛ hoc populo dicit non seni. Si. quid taces: quia nō audierat Dauū alloquentem populū. Da.quid credas? q̄ Simo dixerat credon tibi hoc ꝛc.et ideo nūc repetit Dauus verbū q̇d.i. propter quam nō credas quasi per ironiā dicitur quasi hec nō sim renūciata.i.nūciata:cōpositū pro simplici tibi sic.i. eo mō fore.i.futura esse. Si.mihin.i.mihi ne q̇sq̄ renunciauit.s.q.d.meo ingenio id perspicaciter excogitaui. Dauus. Eho.mō eho est interiectio admirātis interdū ad se vocātis:vt alibi ehodū ad me an tute.i.tumet tuipse intellextin.i. nouisti hoc.s. partū Glycerij. assimilarier.i. fingi.paragoge est. Si. Irrideor.i.illudor. Da.renūciatū est tibi hoc assimilari. Nam qui.i.qūo vel vnde.istec.i.ista suspitio.i. opinio incidit tibi. Si. qui.q.d.miraris vnde inciderit profecto q̄ noram te.i. iam pridē tuos mores cognouerā. Da.quasi tu dicas.i.credas ab eo qđ sequitur id qđ precedit intelligitur(figura est metale presens a posterioribus ad priora)id factū esse meo cōsilio.i. mea suasione. Si.em̄.i.quia certe scio.i.exploratū est mihi. Dauus.o Simo etiam.i.adhuc nō satis pernosti qualis sim. Si.ego ne.i.vtrum nō pernoui te. Da. Sed si quid occepi ab occipio.i.institui tanq̄ caput rei narrare tibi ꝯtinuo cēses verba.i.fallacias dari tibi hoc est te falli ꝛ decipi a me. Si.falso aduerbium ironiceq̃ dictū quasi dicatur falso cēseo. scz. Uel si sine ironia dicatur sensus est.falso loqueris.q.d.tu mētiris. Da.itaq̃.i.ideo hercle.nihil audio iam mutire.i.loqui: vt inquit Festus Persius Men mutire nephas.i.nō licet mihi loqui. Uel vt vult donatus: mutire.i.nec dicere nec facere:vnde mutos dicimus. Forsitā etiā dici posset nō absurde:iam nō audeo mutire.i.nō modo non audeo loqui:sed nec hiscere quidē quasi nō audeo os aperire ad loquendum. vel inter dentes immurmurare:ꝛ susurros efferre. Mutire em̄ videtur esse mutorū:ꝛ eorū qui more mutorū volūt loqui: sed non audent:sicut muti nō possunt loqui:nec aliquid proferre. Simo.scio hoc vnū neminem.i.nullā mulierem. Ubi aduerte neminē feminino genere positū peperisse hic in ea domo in qua est Glycerium. Da.intellextin.i.intellexisti neminē peperisse? sed nihilo secius.i.nihilominus:puer.i.infans deferetur nobis.s.mox.i.statim huc ante ostiū o here iam nūc renuncio.i.significo tibi id futurum vt sis sciens.i.vt cognoscas:ne.i. vt nō dicas mihi hoc posterius.i.hoc sequens factū.s.quādo deferetur mox puer ante ostium factū fuisse sup.cōsilio aut dolis Daui.i.meis ego volo hanc tuā opinionē esse prorsus.i.omnino amotā a me. Si.vnde scis id.s.puerū ablatū iri. Da.audiui ꝛ credo. Simo multa signa scz cōcurrunt.i.conueniunt.simul ex eodē tendūt mihi supple qui facio nūc hanc coniecturā.i.qui nunc hoc qđ sequitur cōijcio sive cōiecturo. Jamprimū.i.in principio hec Gly. dixit se esse grauidā e Pamphilo inuentū est falsum.i.copertū est illud esse falsum vel inuentū.i.cōmentū illud est falsum:ꝛ tunc inuentū esset substātiuū: nunc postq̄ Glycerium videt nuptias apparari.i.preparari domi ilico.i.statim ancilla missa est accersitū.i.vocatū obstetricē.i. mulierē puerperiū adiuuantē ad eam puta Gly. iuuandā.s.et vt simul.i.etiā afferret puerū. Da.nisi hoc sit vt tu videas puerū nuptie nihil.i.nō mouētur.i.perturbātur quin statim fiant. Si.quid ais:cum intellexeras Glyceriū capere id cōsilij cur non dixisti exēplo.i.ilico. Da.dicis supple.cur nō dixi q̇s igitur abstraxit.i.abstulit auulsit eum Pamphilū ab illa Glycerio nisi ego dauus.nam q̇dē.i.certe oēs scim⁹ ꝙ misere.i.valde vel nimis amarit eā nūc expetit.i.nō recusat sibi vxorē dari scilz postremo.i.tādē da.mihi.id negotij.q.d.relinq̄ mihi istud faciendū vt vcz nō recuser vxorē.tn̄ tu idē.i.tutemet perge.i. ꝓsequere facere has nuptias ita vt facis ꝛ spero id vcz deos adiutores fore subaudi.alij codices hn̄t adiuturos ꝛ tūc est sensus.spero deos adiuturos id negotiū.i.nuptiarū. Si.immo.i.sed abi.i.discede:intro.i.domū opire.i.expecta me ibi:ꝛ para id qđ est op⁹ parato.i.parare hic dau⁹ nō impulit me.i.nō mihi ꝑsuasit oīno vt crederē nūc atq̃ haud scio an oīa q̄ dicit sint vera:sed paruipēdo.i.nō multū curo illa. Illud est mihi multo maximū qđ ipsi⁹ gnat⁹ i.ipse Pam. Pollicit⁹ est mihi nūc cōueniā.i.alloquar Chre. Orabo.vt det sup.vxorē gnato si ipetro vt det.s.q̇d.i.cur.malim.i.eligā has nuptias fieri alias.i.alio tpe q̄ hodie. nam id haud.i.nō est dubiū mihi q̇n.i.ꝙ nō sit fili⁹ nolit.i.recusat facere qđ est pollicitus possim cogere merito cū vt.s. faciat atq̃ adeo.i. certe vel valde vel inim̄ eccū.i.ecce hic ipm chremetē obuiā.i.in occur

sum. aduerbiũ est obuiã in ipo tpe.i.tẽpestiue mature i ipsa oportunitate ⁊ in ipso arti: nio negotij suscepti. ¶ Ascẽsi⁹.

Adhuc archilis ⁊c. Hec scena posset esse continua cum superiori: quia simo et Dauus steterant ante ostium donec Lesbia obstetrix egrederet̃: sed nihil refert quod scene ponantur dũmodo actus rite distinguãtur. Deos queso vt si superstes subaudi patri Pãphili: q̃ sequitur quãdoquidẽ ipse scʒ pater Pãphilus est in genio bono. Bene autẽ intelligitur ⁊ nõ exprimitur patri ne videat mortẽ eius optare quũ ⁊ filiũ superstitem desiderat saltem accurate supple me fallas. i. cũ curat ⁊ cetera more ne percipiscã: vt metui videar abs te lʒ nõ metuar. Num id est nunquid veritus es ne percipiscam quasi dicat. Nam quid retulit id est ꝓfuit aut in re mea fuit ꝙ tibi interminatus sum quum non minus facias. Quid.i.ad quid aut cur alias.i. alio tẽpore. Imperiti autem accipiunt alias pro aliter.

Iubeo: hec cõgressio duorũ senũ ad tale periculũ redigit fabulã vt id videat̃ cõsilio non posse mutari: sed euentu qui euentus est critonis p̃ntia. Nã nũc ex falsis fiẽt vere nuptie. Iubeo.i.volo (nã firme aliquid iubere velle est) Chremetẽ saluere subaudi sed supprimitur alterius persone interuentu. Volo aũt ⁊ iubeo differũt. Nam volumus animo, iubemus verbis. Chre. o aduerbiũ optantis, querebam teipsum. Si. ⁊ ego te querebã inq̃. Chre. aduenis optato.i.multũ optatus aliquot.i. neq; multi neq; pauci audierũt me.i.venerunt ad me.nõ autẽ dixit accesserunt. nã adit arduus difficilisq; est. itaq; adierũt quasi importune ⁊ interpellantes aduenerũt qui agebant id sup. auditũ esse ex te.i. a te vcʒ filiã meã nubere hodie. i. dari nuptui gnato tuo.s. Pãphilo id.i.ob id viso.i. ad videndũ venio.ne.i.vtrũ tu simo insanias qui id dixisti an illi qui id aiebant insaniant qui.s. non audita referant. Si. Ausculta.i. audi paucis.i.breuibus verbis.pauca etiã legit quasi audi aliqua et scies quid ego velim te vel intellige facere: vel est sensus scies propter quid ego te tãtopere optarem et scies inq̃ id qd̃ tu queris. Chre. Ausculto loq̃re.i.dic q̃d velis.i. cupias vt fiat. Si. O Chre. oro te per deos ⁊ per nostrã amicitiã que incepta i.instituta a paruis.i.iam tñ cũ adhuc parui essemus ⁊ a paruis ꝓ aduerbio ponit̃: sicut a paruulo puero accreuit.i.cepit incremẽtum simul.i.pariter cũ etate.q;.i.⁊ oro inq̃ te per tuã gnatã philomenã vnicã ⁊ solã sine sororib⁹ aut fratribus: et per gnatum meum cuius nati seruãdi.i. custodiendi ne perdat̃ summa potestas datur tibi. oro ergo te vt adiuues me in hac re in hoc negotio abstrahendi filij a libidine atq; ita.i.eo pacto nuptie fiant.i.celebrent̃.vt.i.sicut fuerãt future.i. faciende.a fio potius q̃ a sum. Chre. ah dolẽtis interiectio ne obsecra me.i.noli me obsecrare.i.per sacra rogare quasi. i. tanq̃ oporteat te impetrare hoc: scʒ vt nuptie fiant a me chremete orãdo me: scʒ cẽses.i.putas me esse nũc aliũ.i.aliorũ meorũ atq;.i. q̃ olim.i.preterito tpe cũ.i.qñ dabã filiã meã filio tuo si est in re vtriq;.i.si vtriq; nostrũ est vtile ⁊ nemini inutile. Res enim interdũ pro vtilitate ponitur vt hoc est e re mea.i. mihi vtile. e re tua.i. tibi vtile ⁊c. similiter puto hoc esse in rẽ vtriq; nostrũ. i.puto hoc esse vtile vtriq; nostrũ: ergo si est in rẽ vtriq; nostrũ: vt nuptie fiãt accersi.i.euoca me seu fac me certiorem vel mone. nã accerso vel accersio ab arcio arcis est qd̃ significat voco cas. queẽadmodum ⁊ accerso eiusdẽ significationis: antiqui eñ dicebãt arcio is. mutãtes d literã in r. Inde arcessio is. nunc autẽ dicimus ectio is. mutata d in c. ⁊ inde fit accersio sis. vel accerso sis. tertie inflexionis vel quarte. iube.i.impera vt fiãt: sʒ si plus mali est ex ea re.i.ex nuptijs q̃ cõmodi vterq; mihi ⁊ tibi oro te id.i. a te peto vt cõsulas id est ꝓspicias prouideas in commune.i.in commodum quod sit mihi cõmune tecũ: vel in cõmune.i. ex equali vt Donat⁹ vult cõe se pe dicitur de duobus tñ vt hic: ⁊ Cicero ad suspitiũ. quicquid nos communi sententia statuerimus.i.mea et tua. et in multis alijs locis cõsulas igit̃ in cõe quasi.i. tanq̃ illa filia mea sit tua. q;.i.⁊ ego sim pater Pãphi. Si. immo.i.sʒ o chreme invocatiuo sicut vlixe volo itaq;.i.⁊ postulo ita vt fiat.i.vt hoc negotiũ cõpleat̃ neq; postulẽ.i. postulare velʒ abs te

extẽplo. Da. quis igitur eum ab illa abstraxit/nisi ego: nam omnes nos quidem scimus q̃ misere hãc amarit. Nunc sibi vxorem expetit. Postremo id mihi da negotij: tu tamen idem has nuptias perge facere ita vt facis: et id spero adiutores deos. Si. immo abi intro ibi me operiret quod parato opus est para. Non impulit me hic omnino nunc vt crederem: atq; haud scio an que dixit sint vera omnia sed paruipendo. Illud mihi multo maximũ est. quod mihi pollicitus est ipsi⁹ gnatus. Nũc chremetem conueniam orabo gnato vxorem. Si impetro: quid alius malim q̃ hodie has fieri nuptias. nam gnatus quod pollicitus est aut dubiũ est id mihi si nolit quin eum merito possim cogere. Atq; adeo in ipso tempore eccum ipsum obuiam.

Simo. Chremes. senex.

¶ In hac scena continetur egressio duorum senum que ad tale periculum redigit fabulam: vt id videatur consilio vitari nõ posse sed euentu qui euentus est Critonis presentia. Nunc etiam ex falsis vere fient nuptie.

Iubeo chremetem. Chre. O teipsum querebam. Si. ⁊ ego te. Chre. optato aduenis aliquot me audiuerũt ex te auditũ qui aiebãt hodie filiã meã nubere gnato tuo id viso tune: an illi insaniãt. Si. ausculta paucis ⁊ quid ego te velim: ⁊ tu qd̃ queris scies. Chre. ausculto: loquere q̃d velis. Si. per te deos oro ⁊ nostram amicitiam o chreme que incepta a paruis cũ ⁊ a te accreuit simul: perq; vnicam gnatam tuã ⁊ gnatũ meũ cuius tibi p̃tãs summa seruandi datur vt me adiuues in hac re atq; ita vt nuptie fuerant future fiant. Chre. ah. ne me obsecra: quasi hoc te orando a me impetrare oporteat aliũ esse censes nũc me: atq; olim cũ dabam si in rẽ vtriq; est vt fiãt accersi iube: sʒ si ex ea re plus mali est q̃ cõmodi vtriq; id te oro: id cõmune vt consulas: quasi illa tua sit: pamphiliq; ego sim pater. Si. immo ita volo itaq; postulo vt fiat chreme. neq; postulẽ abs te nisi ipsa res moneat. Chre. quid est? Si. Ire sunt inter glycerium ⁊ gnatum. Chre. Audio. Si. ita magne vt sperẽ posse auelli. chre. fabule. Si. profecto sic est. chre. sic hercle. vt dicam tibi

nisi ipsa res moueat.i.incitet ⁊ postulet: vt fiat Chre. quid est. Si. Ire sunt inter Gly. ⁊ gnatum. Chre. audio.i.intelligo. cepio quod dicis. Si. ita magne sunt ire vt sperẽ Pãphi. posse auelli.i.abstrahi ab illa chre. fabule.i.nuge sunt: scz Si. pfecto.i.pcul dubio: ⁊ est particula cõfirmatiua. sic est.i.ire sunt magne. chre. hercle sic est vt dicã tibi ire amãtiũ.i.amo ⁊ captor reintegratio.i.instauratio est amoris: est aũt silepsis cuiusmodi illud est xenophõ delitie mee sunt: mandata tua meditatio mea est. verbũ em̃ sequit vltimũ noĩatiuũ ⁊ cũ illo cõgruit. Simo. Hem interiectio ostẽdẽs dolorẽ pfectũ ex dicto Chremetis: q catholicã.i. cõem protulit sniam.i. ob id q amãtium ire ⁊c. Oro te vt eamus

amantiũ ire amoris reintegratio est. Si. hem id te oro vt ante eamus dũ tẽpus dat: dũq eius libido occlusa est cõtumelijs priusq harũ scelera ⁊ lachrime conficte dolis reducãt aĩm egrotũ ad miam. vxorẽ dem⁹ spero consuetudine ⁊ cõiugio liberali deuinctũ chreme: dein de facile ex illis sese emersurũ malis. Chre. Tibi hoc ita videt: at ego nõ posse arbitror neq illũ hãc ppetuo habere neq me ppeti. Si. qui scis ergo istuc nisi periculum feceris. Chre. At istud periculũ in filia fieri graue est. Simo. Nẽpe incõmoditas deniq huc oĩs redit si eueniat (qđ dij phibeant) discessio. at si corrigat quod cõmoditates inde pñcipio amico filiũ restitueris tibi generũ firmũ et filie inuenies virũ. Chre. qđ istic si ita istuc animũ induxti esse vtile: nolo tibi vllũ cõmodũ ĩmo claudier. Si. merito te semp maximi feci chreme. Chre. sed qđ ais? Si. quid. Chre. q scis eos nunc tũc discordare inter se. Si ipsius mihi dauus (q intimus est eorũ cõsilijs) dixit ⁊ eis mihi persuadet nuptias q̃tum queã vt maturẽ. Nũ (cẽses) faceret filiũ nisi sciret eadẽ hec velle. tute adeo iam eius audiet verba heus euoca te huc dauum atq eccũ video ipsum exire foras.

Dauus Simo. Chremes.

In hac scena Dauus seni insultãs vt nuptias acceleret hortat: cui facile acqescit Simo. Dauo cõsiliũ suũ prodit conaturq ex fictis veras efficere nuptias q res Dauũ anxiũ ⁊ exanimatũ reddit.

ante.i.preueniamus: dũ.i. quãdiu tẽpus.i. opor tunitas dat dũq libido.i.effrenis voluptas: ⁊ lascinia ei⁹ Pãphili est occlusa.i. cohibita repressa cõtumelijs.i.pbris. vltro citroq datis demus vxorẽ priusq scelera.i.scelerati mores ⁊ lachrime (harum pro hui⁹ Glycerij inuidiose dictũ est vt in eunucho nõ perpeti meretricũ cõtumelias) cõficte.i. simulate dolis.i.astutijs frandib⁹ ad decipiẽdũ reducant.i.redigant animum egrotum: quia amore saucium ad misericordiã.i. vt misereatur eius glycerij. O chreme spero.i. cõfido ipsum pãphilũ deuinctum.i.alligatum irretitum alectum cõsuetudine.i.conseruatione eiue filie ⁊ coniugio.i. matrimonio liberali.i.facto cũ libera ⁊ nõ serua qualis forte putabat peregrina illa Glyceriũ vel coniugio liberali.i.liberaliter facto. spero itaq sese deuictũ dein vel dehinc.i. postea facile emersurũ.i. erupturũ ex illis malis que in amore sunt Chre. hoc videt tibi ita futurum suppleat.i. sed ego arbitror neq illũ Pãphilũ posse habere hãc filiam meã vel contradici potest hanc non posse habere illum perpetuo: ideo amphibologia ex industria vsus est vt vtrũq ostenderet: et arbitror inq me chremetẽ nõ posse perpeti.i.vsq ad finẽ pati vt filiã habeat secũ: scz qñ eiusmodi mores post cõnubia sit psecuturus. Si. ergo qui.i. vnde vel quomodo scis istuc pro istud nisi feceris periculũ.i. tẽtamẽtũ seu experiẽtiã. Chre. at est graue.i.molestũ istuc periculũ.i. tẽtamẽtũ fieri in filia mea. Si. nẽpe.i.certe respõsioniq aptũ est deniq.i.tandem oĩs incõmoditas.i. importunitas redit huc: id est in meipsuz recidit: nã huc de persona loquẽtis dicitur si discessio.i.separatio eueniat: scz q discessionẽ euenire dij prohibeãt.i.auertãt parentesis est per emphenismõ. At si.i.sed si corrigat.i. resipiscat propter filiã tuã quot cõmoditates: id est oportunitates inde pcedent.s. alij habẽt vide qđ ipsum satis quadrat quantũ ad sniam principio: id est in primis restitueris: id est reddes cõiũctiuũ pro indicatiuo anacoluthon filiũ amico tuo: quẽ: scilicet filiũ vides lascinia perditum iri inuenies tibi generum firmum: id est stabilem et virum.i.

maritum filie tue. Chre. Quid istic verbum concedẽtis est et velut victi ita vt istic abundet: vel sensus: quid istic facis supple quasi concessionem tandem subiuncturus. Uel quid istic: id est histe dicit supple admirando: si induxit per sincopem animũ.i. si tibi imperasti vel tibi persuasisti istud esse ita vtile nolo vllũ cõmodũ claudier p claudi per paragogen: tibi in me: hoc est nolo tuum cõmodũ retardari per me. Si. O chre. merito: id est iure semper maximi feci te id est plurimi estimaui. chre. sed quid ais. Simo. Quid chre. qui.i. quomodo scis eos nunc discordare inter se scilicet Pam. et Gly. et eos dixit quod masculinum genus preponderare debet feminino. Si. ipsius Dauus quasi qui maxime sciat qui est intimus id est familiarissimus propinquissimus consilijs. id est propositis eorum Pamphi. et Gly. dixit mihi: ⁊ his persuadet mihi vt maturem. id est accelerem nuptiam quantum queam. Nun. id est nunquid: quasi dicat non censes. id est iudicas quod sup. faceret nisi sciret filium velle hec eadem. Adeo: certe tute: id est tuipse iã.i. nũc audies verba eius. Deinde admonet alios seruos vt euocet dauum ad simonem. Heus aduerbium vocantis et attentionem petentis. euocate: id est accersite dauum huc.i. ad me atq eccũ.i. ecce hic prope video ipsum exire foras. Ipse enim iussu simonis abierat intro, vt pararet paranda.

Ascensius.

Iubeo Chreme ⁊c. Egressus erat chre. ad disquirendum quid sibi vellet quod fama esset filiam suam eo die a Pamphilo deducendam quum ipse id nesciret et pollet et ita simo ad ipsum profectus occurrit et prior salutat eundem. Accersi iube. Accerso tertie est. vnde hic infinitiuus passiuus nec reperitur quarte apud idoneos. Amantium ire amoris reintegratio est. Aptum prouerbium. Est autem in locutione zeuma ab inferiore. Et boni textus habent reintegratio interiectio propter meliorem sonum. Illud autem reciprocum sese dependet ad emersurum non ad deuictum: quia ordo est deuictum coniugio liberali emersum: id est elaturum sese ex turpi vita. Preterea illud. Nempe incommoditas omnis huc redit. non intelligo: vt huc sit in me: sed huc. id est ad hanc rem quam dicam id est pessimum quod inde euenire potest vt fiat: hoc est si eueniat discessio seu diuortium: quia non in simonis tantum: sed etiam in Chre. et filie eius damnum fieret. Quod commoditates ⁊c. pulchre describit legem amicitie: que vult vt plus commodi consequatur qui petit q damni accipiat qui dat: nam aliter non esset petendum.

Tertius actus

AD te ibã. Si. quidnã est? Da. Cur vxor nõ accersitur iã aduesperascit. Si. audin tu illum. Ego dudũ nõ nihil veritus sum daue abs te: ne faceres idẽ ꝙ vulgus seruorũ solet: dolis vt me deluderes propterea ꝙ amat filius. Da. Ego istuc facerẽ. Si. credidi. idqꝫ adeo metuẽs vos celaui: qḋ nũc dicã. Da. quid est. Si. scies nam propemodum habeo iam tibi fidem. Da. tãdẽ cognosti qui siem. Si. non fuerant nuptie future. Da. q̃d num? Si. sed ea gratia simulaui vos vt pertẽtarẽ. Da. quid ais? Si. sic res est. Da. vide nunqꝫ istuc quiui ego intelligere. Vah. consilium callidum. Si. hoc audi vt huc introire iussi: oportune hic mihi sit obuiam. Da. hem. nũnã perimus. Si. narro huic que tu dudũ narrasti mihi. Da. quidnam audio? Si. gnatã vt det/oro: virqꝫ id exoro. Da. occidi. Si. hẽ. quid dixisti? Da. optime inqꝫ factum. Si. nũc per hunc nulla est mora. Chre. domum nunc ibo: vt apparentur dicam. atqꝫ huic renuncio. Si. nunc te oro daue quoniam solus mihi esse cisti has nuptias. Dauus (ego vero solus) Simo. corrige mihi gnatũ porro enitere. Dauus. faciã hercle sedulo. Si. potes nunc dũ animus irritatus est. Dauus. quiescas. Si. age igitur: vbi nunc est ipsius. Da. mirũ ni domi est. Simo. ibi ad eum: atqꝫ eadem hec: que tibi dixi: dicã, itidem illi. Dauus. nullus sum quid cause est quin hinc in pistrinũ recta ꝓficiscar via? Nihil est p̃ci loci relictũ: iã perturbaui omnia herum fefelli. in nuptias cõieci herilẽ filiũ. Feci hodie: vt fierẽt inspirante hec atqꝫ inuito pamphilo. Hẽ: astutias ꝙ si quiescam nihil inuenisset mali. Sed eccum ipsum video occidi. Vtinã mihi esset aliquid hec quo: nunc precipitẽ darẽ.

Pamphilus. Dauus.

AD te ibam ꝛc. Hic locus est in quo iam ad discrimẽ mali producta comedia in meliorem partem iam incipit inclinare. Da. Ibã. ego Dauus ad te simonẽ. Si. quidnã est. Da. Cur vxor non accersitur. i. aduocat vel adduci curatur. Jam aduesperascit. i. ad vesperã inclinat dies. Si. audin. i. audis ne tu chreme illum dauum. Ego semper. grauis est inceptio orationis que exordium sumit a pronomine ego dudum. i. pauloante. Aduerbia temporis aut certa sunt vt hodie cras: aut incerta vt dudũ nuper. Itaqꝫ incertis certũ additur tempus: vt iã dudũ iam nuper. O daue veritus sum nonnihil. i. aliquid timui ne quid a te fieret sed breuitati studuit poeta: vt alibi metui a chryside: ne. i. ꝙ faceres idẽ quod vulgus. i. maior pars seruorum solet: scꝫ vt i. ꝙ deluderes. i. ludibrio offenderes me senẽ. dolis. i. astutijs malis propterea ꝙ filius amat. i. amore captus est. Da. egõ. i. ego ne facerẽ. i. facere vellem istuc vcꝫ te deludere dolis. Si. credidiqꝫ. i. ꝛ ego adeo. i. valde metuens: id ne scꝫ deciperer celaui vos seruos id sup. quod dicã nunc. Da. Quid est. Si. Nã propemodũ. i. vel admodũ vt vult Donatus vel ferme prope habeo iã fidẽ tibi. i. credo tibi. Da tandẽ cognosti. i. nouisti qui. i. equalis siem hoc est sim. Si. nuptie nõ fuerant future: id est faciẽde. Da. quid. i. cur non fuerant future. Si. sed simulaui nuptias futuras ea gratia. i. causa vt pertentarẽ vos. i. perfecte de vobis periculũ facerem. Da. quid ais. Si. sic res est. Da. vide nunqꝫ quiui ego intelligere istuc. Vah interiectio indignãtis vel increpantis ac deridẽtis. consiliũ. i. propositum commentũ: callidum. i. astutia ꝛ calliditate plenũ. hoc aũt dictũ exclamatione tollendũ est. q. d. cõsiliũ illud est multũ callidum: ꝛ irridet dauus ex pacto simonẽ. eum enim non latebat eiusmodi consiliũ. Si. audi hoc vt. i. postqꝫ iussit te dauum introire huc. i. in domũ parandorũ obsoniorũ gratia. hic Chre. fit obuiam. i. occurrit presto est mihi oportune. i. tempestiue. Da. Hem dolentis interiectio nunnam. i. nũquid perimus. i. perditi sumus. ꝛ nam adiectio est syllabica: vt quisnã. Si. narro huic chremeti que tu dudum. i. pauloante narrasti mihi. Da. quidnam audio: alij audiã. Si. oro vt ipse Chre. det gnatã: virqꝫ exoro. i. obtineo id. Da. occidi. i. perij. perditus sum. Si. hẽ. indignãtis interiectio hic est q̇d dixisti. Da. inqꝫ. i. dico vel dixi optime factũ esse. s. Si. nunc nulla est mora per hũc. i. nõ stat per chremetem quominus nuptie fiant Chre. nũc ibo domum dicã vt apparent obsonia. s. atqꝫ renũcio. i. significo huic filie mee. s. Si. O daue nunc te oro quoniã tu solus effecisti. i. faciendo perfecisti has nuptias. Da. dauus interrũpẽs sermonem dicit. Ego vero solus effeci nuptias: hoc aũt dicit non ad confirmationẽ: sed ad increpationẽ. Si. subdit simo ꝙ fuerat dauum rogaturus porro. i. deinceps in futurum. vel hortandi est aduerbium enitere: id est labora quasi difficile sit ꝛ cognatu opus corrigere i. ad vitam rectam redigere mihi gnatũ. s. pamphilum. da. hercle. i. per herculem faciã sedulo. i. instanter quasi sine dolo. Si. potes corrigere nunc dum animus eius est irritatus. i. commotus ira siue concitatus ꝛ prouocatus. Da. quiescas id est conquiesce neqꝫ de hac re labores. Si. igitur age. i. vel dic vel loquere. vel est aduerbium hortãtis quo adhortatur eam: vt faciat quod pollicetur: vbi ipsius Pamphi. est nunc. Da. mirum est: id est miror ni. id est si non est domi cum sint inimicitie: illi cum amasia. Si. Ibo ad eum filium atqꝫ dicam itidem. id est similiter illi hec eadem que dixi tibi. Da. nullus id est non sum plus: esse enim nullum est minus ꝙ perijsse. Nam qui perit corpus habet reliquum. qui vero nullus est ita non est: ac si natus non sit quid cause: id est que causa est quin. i. cur nõ proficiscar tanqꝫ res egra et difficilis recta via. id est plana hinc. i. ex hoc loco in pistrinum. id est in ergastulum pistorum ad circunagendas trusatiles molas: nihil loci: id est nullus locus hoc est nulla oportunitas relictum est preci quasi nunc preces apud Pam. non sint valiture iam perturbaui omnia conieci. i. impetu ꝛ iniuria immisi filiũ herilẽ. i. Pam. filium heri mei. Si. in nuptias feci vt nuptie fierẽt hodie hoc Pã. inspirante atqꝫ inuito. i. nolente. Hẽ. irascentis sibi interiectio est: astutias omisit o: vt hominem neqꝫ: pro o hominem neqꝫ bona ironia pluraliter dixit astutias quasi ei qui abundat astutijs vna non sufficiat ac suppetat quod id est sed si quiescẽ. id est in ea re nõ laborassem nihil mali euenissem. Sed eccum. id est ecce hoc ante oculos video ipsum Pam. occidi. i. perditus sum. vtinã aliquid esset mihi hic quo. i. vt vel equo darem me precipitem nunc. i. precipitarem me mihi ipsi mortem consciturus.

Ascensius. Ad te ibã ꝛc. Jocundum est videre seruum astutũ et callidum qui se spectat dominum decipere ab eodem decipi. vnde impatientissime perturbatur: sed quia omnia facilia sunt pergo.

Bi illic est ⁊c. Hec scena cuius perturbationis esse debeat supra poeta prestruxit cum ad consentiendum daui consilio tardum pāphilū faceret. Pam. vbi illic scelus.i.ille scelestus et illic pro ille ponit: ⁊ ad intellectum refertur non ad verba. Nam illud esset dicendum: quēadmodum subiungit relatiuum masculi.generis: scilz qui vbi est silepsis per genera: cū quod esset dudū si ad verba redigeret. In eo autē ꝙ scelus pro scelerato ponitur: quidā dicunt emphasim esse vbi ergo est ille sceleratus dauus ꝗ perdidit.i.destruxit me. Da. perij. Pamphi. atq; confiteor hoc malū.s.obtigisse.i.attigisse mihi iure quādoquidē: qr certe sum tam iners.i. sine arte ⁊ astutia: et tam nulli consilij.i. nullius prudentie qui mihi cauere nequeant: vbi nulli in genitiuo ponitur vetuste pro nullius. Nam veteres nulli nullo ⁊ soli solo declinabāt more adiectiuorū nominum nec sola hec sed ⁊ alia nōnulla in ius nūc genitiuū terminātia seruon.i. seruo ne.i. vtrū est prudētie subaudi me cōmisisse.i.credidisse fortunas meas.i.successus meos: vel conditiones ⁊ status meos: seruo futili.i.leui instabili tractum a vase quod futile dicitur. Illud vas sacrorū est: et a solo sacrorū ministro deponit̃ ad terram: estq; fundo acuto ⁊ patulo ore: propterea in terra stare nō potest: quinimmo statim accūbēs effundit quicquid in se liquoris est oblatū os ⁊ fundū acutum. Cōmittere enim plus est ꝙ̃ cōmendare. cōmittimus enim que cū magno periculo volumus esse seruata. ergo ferre premiū.i.pretiū sz pretiū potius est pena pro stultitia: premiū pro virtute ⁊ sapientia: honorē ⁊ lucrū. premiū tñ generaliter quod pro bono aut malo facto reddit: fero igitur pretiū ob stultitiā: sed ipse seruus nunq; auffert.i.asportabit in premium a me inultū passiue posuit pro nōvindicatum. Da. Posthac.i.in futurum sat scio me fore.i.futurū esse incolumē.i. saluum: ⁊ non post periclitaturum. si deuito.i.euado nunc hoc malū. quasi dicat tā difficile est hinc euadere: vt qui euaserit videatur immortalis futurus. Pāphi. Nā quid ego nūc dicā patri: negabo ne me velle modo qui pollicitus sum ducere: quia fiducia.i.impudentia audeam facere: id.i.negare: nescio quid faciam nunc de me. Dona. autē vult vt me ablatiuus sit sine prepositione: quasi quid faciam me id est per me solum. Da. equidē. id est certe nec nescio inq̃ quid faciam de me: per quod ostenditur de me in dicto Pamphilo fuisse atq; ago id sedulo. id est instanter cogito: vt sciam quid de me sit facturum vel faciam dicam me inuenturum iam aliquid vt producam. id est proferam: prolatam: protendam differam aliquam moram huic malo. Pamphi. ohe interiectio sentientis eum quem querebat. Da. Dauus superiora interposuit non perceptus a Pamphilo nunc di. visus sum. Pamphi. Ehodum particula est euocantis ad se bone vir: per ironiam ⁊ hoc ironia prosequitur cum omne contumelie genus leue in eum ducimus in quam ferimur iracundia: quid ais. id est loqueris dicis vel facis/viden. id est vides ne me impeditum. id est implicatum. inuolutum: illigatum: irretitum tuis consilijs. id est tuis suasionibus. Impeditus autem proprie est qui ita pedes habet illigatos vt progredi non possit sed hic ad negotium retulit. Da. at. id est sed expediam. id est exoluam te iam breui vel celeriter. Pamphi. expedies. Da. o Pāphile certe expediam scilicet. Pamphi. nempe. id est certe vt id est sicut modo expedisti. Da. immo. id est sed spero. id est confido me melius expediturum. scilz quasi iam bene expedierit. Pamphi. oh interiectio indignantis vel irati vt furcifer: qui dignus es vt circunferas furcam ignominie causa vt credam tibi hoc. Furciferi enim dicebant serui qui ob leue delictum cogebantur a dominis ignominie magis ꝙ̃ sabyci causa circa vicinos furcam in collo ferre subligatis ad eam manibus et predicare peccatum suum simulq; monere ceteros ne quid simile admittant. Restitues. id est resarcies: reparabis: recuperabis: restaurabis: rem impeditam. id est intricatam: inuolutam: implicatam et perditam.i. de qua nulla restat spes. Hem irati interiectio et indignāti: quo siem fretus quia dixerat cuius consilio fret⁹: sum quasi dicat in quo possim amplius fiduciam habere qui dauus hodie coniecisti me in nuptias ex re trāquillissima. id est que erat sine vlla perturbatione an id vtrum non dixi: quasi dicat immo hoc esse futurū: vczvt ab illa excludar ac cōcludar. Da. dixisti illud futurum. scilicet. Pamphi. quid meritus es. Da. crucem meritus sum. id est vt cruci affigar: quod supplicium malorum seruorum erat: et precipue fugitiuorum. Sed sine id est patere vt redeam paululum ad me: id est vt animum resumam siue recipiam et sedem mentis. Ad se enim redit qui esse amens desistit. Jam id est celeriter dispiciā id est disquiram: excogitabor commentabor: comminiscar: considerabo aliquid: id est aliquod remedium seu aliquod consilium. Nam dispicere est disquirere consilium. Despicere vero significat deorsum aspicere. Pamphi. hei mihi cur non habeo spacium: id est oportunitatem: tempus: ocium: vt sumam supplicium: id estvt exigā penas vt persequar penas de te. vt volo.i.ad arbitrium meum. Nāq; hoc tempore monet.i.admonet me precauere.i.prouidere mihi. haud sinit permittit me vlcisci de te.i.vindictam capere de te si sit te absq; de tunc vlcisci significat punire.

Quemadmodum hec scena perturbationis plena esset futura supra posuit poeta. cum consentiendum daui consilio tardum induceret Pāphilum. Hic nunc indignatur Pamphilus stomachaturq; ꝙ seruo futili auscultauerit.

Bi illic est scel⁹ ꝗ me ꝑdidit? Da. perij. Pā. atq; hoc ꝯfiteor iure mihi obtigisse q̃nquidē tam iners tā nulli ꝯsilij sum: seruū fortunas meas me cōmisisse futili: ergo ꝓtiū ob stultitiā fero sz inultū id nūq; a me auferet. Da. Posthac incolumē sat scio fore me hec nūc si deuito malū. Pā. Nā ꝗd ego nūc dicā patri. negabo velle me (mō ꝗ sum pollicit⁹) ducere: ꝗ fiducia id facere audeā. nec ꝗd nunc de me faciā scio. Da. nec de me equidē atq; id ago sedulo. Dicā aliqd iā me iuēturū: vt huic malo aliquā ꝓducā morā. Pā. Ohe. Da. visus sum. Pā. Ehodū bone vir ꝗd ais: viden ne tuis ꝯsilijs miserū īpeditū esse? Da. at iam expediā. Pā. expedies. Da. certe pāphile. Pāphi. nēpe vt mō daue immo melius spero. Da. Ob hoc tibi ego vt credā furcifer: tu rem impeditā et perditā restituas. Hem/quo fret⁹ siem: qui me hodie ex trāquillissima re cōiecisti in nuptias: an nō dixi hoc esse futurū. Da. dixi. Pā. quid merit⁹. Da. crucē. Sed sine paululū ad me vt redeā iā aliquid dispiciā. Pā. hei mihi: cur nō habeo spaciū vt de te sumā suppliciū vt volo. Nā que hoc tps ꝑcauere monet me: haud de te vlcisci sinit.

Ascensius.

Bi illic est scelus ⁊c. Emphaticos scelus pro scelesto posuit. Unde ad rem non ad vocem respiciens dixit illic et qui masculino genere. Nam si dixisset illud scelus quod ⁊c. videretur de facinore non de homine loqui. Cur non habeo spacium. Bene negat sibi spacium esse: ne tragicum fiat opus. Hoc autem dicto ingreditur forte in quemuis angulum excogitatum consilium: et Dauus idem facturus eundem sequitur. Unde hic finitur tertius actus vt in sequenti dicam latius.

Quartus actus

Hoccine est ꝛc. Elegans perturbatio: in qua inter se oēs omnibus redduntur offensi. Cari. hoccine. i. vtrū hoc est credibile. q. d. est incredibile ꝛ nephandū aut memorabile. i. memorari dignū vt tanta vecordia. i. malitia cordis. dicitur eñ vecors mali cordis sit innata cuiq̄ vt gaudeat malis alienis: atq̄ vt cōparet. i. acquirat: assequatur sua cōmoda ex incōmodis alterius. Ah dolētis interiectio: ne. i. vtrū id genus hoīm est verum. i. verax. veridicū. Fidele. immo. i. sed id genus hominū est pessimū: quis. i. quibus hominibus pudor paululū adest modo. i. dūtaxat in denegādo. i. vt negent se facturos post. i. deinde vbi. i. qñ tēpus est iam promissa perfici. i. prestari: tum. i. tunc ipsi coacti necessario quasi ducti necessitate: se aperiunt. i. malitiam suā ostendūt q̄ prius texerūt in pectoris altitudine ꝛ timēt denegare ꝛ tñ res. i. malitia sua cogit eos denegare qđ ꝓmiserāt ibi. i. tūc. tum. i. deinde oratio eorū est impudētissima. i. insolentissima petulātissima. Quis es tu. i. qua dignitate polles: q̄s es mihi. i. frater an cognatione iūctꝰ: cur optas sup. vel petis tibi. i. ꝑ te meā vcꝫ vxorē. Heus. Hec particula heus hic significationē hꝫ reuocādi aliquē ad attētionē siue cōsiderationē eius qđ statiꝫ est dicēdū. Egomet sum ꝓximus. i. carꝰ: beniuolꝰ mihi. Inde ꝓximi ꝛ ꝓpinqui dicūtur q̄ nobis chari esse debēt: attamē. i. sed tñ si roges. i. si ꝑcūcteris vbi est fides. i. fidelitas: veritas cōstātia dictorū et cōuctorꝫ: nihil illos pudet. i. nullo afficiunt̄ pudore vbi nihil pōt capi ꝓ non: aut genitiui casus esse pōt q̄si nulliꝰ rei eas pudeat aut noīatiui ꝛ tūc pudet verbū ꝑsonale est. Hic vbi est opꝰ vereri denegare vcꝫ vbi ꝓmiserūt nō verent̄ denegare illic vbi nihil. i. nō est opꝰ. s. vbi nōdū ꝓmiserūt: vbi verent̄ denegare. Sed q̄d agā. Adeā ne ad eū: alterū adabūdat vt expostulē. i. cōquerar hanc iniuriā. i. de hac iniuria cū eo Pā. Expostulare est q̄relā apud eūipsuꝫ deponere q̄ fecit iniuriā. Postulare aūt est querelā dicere de altero apud alterā: ꝛ vt ingerā. i. iniiciā mala multa tāq̄ tela illi Pā. q. d. vt multis ꝓbris eū afficiā. Atq̄ aliquid dicat expostulādo ꝛ ingerēdo mala multa. nihil ꝓmoueris. i. ꝓfeceris vel profueris. Et qđ vulgo dici solet. nihil lucraberis. Rñdeo subaudi ꝙ multū ꝓmouero inq̄. i. ꝓfecero qm̄ certe. i. saltē fuero molestꝰ ei pāphilo. i. eū saltē aliq̄ affecero molestia. atq̄ morē gessero. i. cōplacuero obsecutus fuero: satisfecero aīo meo. Pā. O Ca. ego iprudēs. i. male ꝓuidus ꝛ incautꝰ male ꝓspiciēs rebꝰ meis ꝑdidi. i. destruxi ꝛ me et te: nisi q̄d. i. nisi aliquātulū dij respiciūt nos. i. nisi dij sint adiutores: qui respiciēdo mortales iuuāt. Ca. Ita ne. i. vtrū est ita. Et distinguēdū est hic atq̄ subiūgendū imprudēs me ꝑdidisti inq̄. q. d. non immo cōsulto id effecisti tandē cā. i. occasio inuēta est vt me perderes: soluisti. i. fregisti: violasti: nō ꝑstitisti fidē. i. sctām ꝓmissionē vel soluisti fidē. i. fidelitatē qua iūcti eramꝰ tāq̄ vinculo quodā. Et sic̄r soluisti fidē. i. ꝓmissionē. Nam ꝓmissionibꝰ obligātur hoīes: vt ptꝫ i iure de stipulationibꝰ. ꝛ ideo soluit̄ fides qñ nō ꝑstat̄ sed ꝯtēnit̄. Pā. Quid tādē: ibi tādē hꝫ q̄ddā vrgēs ꝛ accelerās rñsionē. i. rñde paucis ꝛ sine lōgis ambagibus cur soluerim fidē. Ca. etiā postulas. i. cōtēdis educere me nunc. i. decipere istis dictis. i. tuis ꝟbis. Pā. q̄d istuc est. Ca. postq̄ dixit me. amare. i. amore capi. ista amica cōplacita est tibi vt et mihi: heu me miserū. s. dico vel fateor me miserū ꝛ exclamādo ꝓferēdū est me miserū qui spectaui. i. ꝯsideraui aīm tuū ex aīo meo. i. putaui te gestare aīm adeo fidelē vt ego habeo cōiecturā eñ ex meo aīo capiebā. Pā. falsus es. i. deceptꝰ. O Ca. qui eā de me habes opinionē malā. Ca. nōne hoc gaudiū. s. eā habere q̄ amo visum est tibi satis solidū. i. integrū idoneū plenū nisi lactasses. i. ꝓduxisses: induxisses: oblectasses: ꝛ tuis suauibꝰ sermonibus me fouisses ꝛ alexisses. Interdū eñ lactare vltra notā significationē est iducere in aliquā volūtatē a lactādo: vñ ꝛ oblectare dr̄: nisi ergo lactasses me amātē. i. amore captū ꝛ ꝓduceres. i. ꝓduxisses me spe. i. spectatiōe falsa. i. fallaci ꝛ decipiēti: tibi eñ falsus actiue capit̄ sed supiꝰ passiue habeas ꝑmisso animi irati. Pā. habeā. i. dicis vt habeā. ha iteriectio dolētis nescis in q̄tis malis ego miser ꝟser. i. assidue sim ꝛ voluter ꝛ q̄tas sollicitudines meꝰ carnifex. i. tortor i me q̄ vcꝫ ita me torq̄at: q̄si faciēs carnē carnifex dr̄ mortuorꝫ eñ potiꝰ caro ē vt corpꝰ viuorꝫ q̄tas sollicitudies meꝰ carnifex. i. carnifex i me ꝯfecit. i. cōparauit: ꝯxit mihi: ꝯflauit mihi suis ꝯsilijs. i. suasionibꝰ. Ca. Quid istuc. i. cur istud est tā mirū si capit exēplū de te. i. si te imitat̄. Pā. Haud dicas istud si cognoris ꝑ sincopē pro cognoueris me. i. igeniū meū siue naturā ꝛ amorē meū quo cōplector Glyceriū. Ca. Scio ꝙ sup. altercasti: alij altercatꝰ es. nā altercor nō dicimꝰ. i. cōtendisti dudū. i. paulo ante cū patre ꝛ his pr̄ ꝓpterea nūc succēset. i. irascit̄ tibi nec quiit. i. potuit cogere te hodie vt duceres illā philomenā. Pā. imo etiā. i. sed etiā vel ꝑterea aut āpliꝰ he nuptie nō apparabant̄ mihi. apparari cū dtō casu semꝑ cladē ꝛ ꝑniciē significat vt Uer. Mihi sacra parari: quo. i. qua re. s. q̄

¶ Quartus actus. Carinꝰ. Pāphilus. Dauus.

☞ In hac scena elegās perturbatio est in qua inter se Simo. Pamphilus. Dauus. Carinus. Byria. Chremes. oēs omnibus reddūtur offensi sed potissimum Carini in Pamphilum continctur iurgium.

An tu.⁊c. Hec scena plena est et suspitionis et timoris sed persona seruilis vtriq3 succurrit:serui aũt in fronte scene ex abrupto colloquunt̃ tanq̃ pergẽtes in incepto colloq̃o q̃d vltro citroq3 invia cõferebãt. Sy.ain tu.i.dicis tu verũ.q̃d aũt dixerit dromo nõ est curandũ. Nã iste est abruptus sermo ex cõi vie colloquio. Dro.sic est vt dico. Sy.verũ.i. sed dũ.i.q̃diu cedimus.i. cõmiscemus sermones.i.colloquia ille mulieres sunt relicte. Cedere vt vult Nonius vltra ceteras significationes interdũ significat cõmiscere.allegatq3 Luciliũ dicentem. tinee oĩa cedũt. i. cõmiscẽt vt ipse interpretatur.nostro autẽ hic proposito optime congruit. Clit.mulier adest tibi.i.ecce propinquat tibi mulier quam tãtopere optabas audin. i.vtrũ audis seruos Clinia. Clit. vero.i.certe vel ed ego nunc demum.i.nunc solum vel tandem video audio et valeo.i.sanus sum cum prius languerem pre timore ⁊ quasi cõsternatus essem mei sensus sua non recte exercebant officia. Sy.serui non videntes adulescentes pergunt in sermone incepto. itaq3 inquit Sy. minime mirum.i. non est mirandum si sint relicte: adeo.i. valde vel intantum sunt impedite.i.retardate ab incessu vel loci causam subdit. ducunt secum gregem.i. cateruam ancillarum.i. famularum ac si duceretur vnus grex ouium. Cliti. Perij.i. perditus sum et sancius illo dicto vnde ancille tam multe sunt illi.i.vnde tot acquisiuit ancillas. Cli. Mẽ.rogas. id est vtrum me interrogas. Sy. non oportuit relictas pro relinquere vt sepe accusatiuus ⁊ ablatiuus participiorũ preteriti temporis ponuntur pro infinitiuis.i.non oportebat relinquere eas portant quid.i. aliquid rerũ hoc est aliquas res quare non tuto incedunt sine tutoribus. Clin.hei mihi interiectio dolorem ostendens. Sy.pergit seruus in sermone quia dixerat portant quid rerum.i.aurum vestem ⁊.i.huc accedit quod vesperascit.i.vespera fit seu ad vesperam venitur et propterea non erant relinquende et non nouerunt:id est nesciunt viam stulte factum est a nobis illud.scilicet quod eas relinquimus.tu Dromo abidum.i.abi.vade dum est parelcon:id est abiectio syllabica abi ergo propere.i.celeriter obuiam.i.in occursum aduerbium est illis:scil3 mulieribus:quid.i cur stas. idest non vadis: proprie hoc dicit vteum accelerare efficiat. Clin.Veh mihi misero:quasi dicat sum maledictus et infelix. De quãta spe decidi:id est sum frustratus ⁊ deiect⁹. Cli.quid istud est autem.i.sed que res sollicitat:id est angit sollicitum reddit te. Cli.rogitas quid sit.viden.id est vides ne aurum vestem ancillas esse supple illi puelle quam ego reliqui hic cum vna ancillula; vnde

etas:mater:cuius sub imperio est:mala. cui nihil iam preter pretium dulce est. Cliti. Clinia. Cliti. hei misero mihi. Cli. etiam caue ne videar forte hic a te patre aliquis exiens. Cli. faciam. sed nescio quid profecto mihi animus presagit mali. Cliti. pergin istuc prius diiudicare q̃ scias quid veri fiet. Cliti. Si nihil mali esset: iam hic adesset. Cli. Iã aderit. Cli. q̃to istuc erit? Clin. Nõ cogitas hinc longius abesse ⁊ nostin mores mulierum dum molliunt̃ dum comuntur annus est. Cli. O clitipho time. Cli. Respira. eccum dromonem cum syro vna adsunt tibi.

Syrus. Dromo serui. Clitipho. Clinia.

Hec scena plena est timoris ⁊ suspitionis:quibus Clinia et Clitipho magnopere afficiunt̃.verũ Syrus vtriq3 succurrit diluẽdo quoad pot suspitiões ⁊ formidinẽ. Is inter narrãdũ pudicã Antiphile vitã ⁊ mores aperit quo ingẽti clinia gaudeo ꝑfundit. Tũ Bacchidẽ Clitiphonis amicã mira confidẽtis ad cenã: patre quoq3 preeunte adduci. Hanc tamen fingit esse Clinie: ita astute vt ⁊ clitiphoni gratificetur et eius patrem minime offendat.

An tu Dromo sic est. Syrus. verum interea dũ sermones cedimus:ille relicte sunt. Cliti. mulier tibi adest audin clinia? Clinia. Ego vero audio nunc demum: et video et valeo clitipho. Sy. Minime mirum adeo impedite sunt ancillarũ gregem ducunt secum. Cli. i. perij vnde illi sunt ancille. Cli. Me rogas? Sy. Non oportuit relictas portant:quid rerũ. Clit. Hei mihi. Sy. Aurum vestẽ ⁊ vesperascit:⁊ nõ nouerũt viã factũ a nobis stulte est. Abiduz tu dromo illis obuiã propere quid stas? Cli. Veh misero mihi quanta de spe decidi. Clin. q̃d istuc q̃ res te sollicitãt aũt. Cli. rogitas quid fiet:vidẽ tu ancillas aurũ:vestẽ quã ego cũ vna ancillula hic reliqui vnde esse eas censes. Cli. Vah. nũc demũ intelligo. Syr. Dij boni quid turbe est: edes nostre vix capient. scio:quid comedẽt? q̃d bibẽt? quid cene erit nostro miseri⁹? Sed video eccos quos volebã. Cli. O iuppiter vbinam est

censes.i.iudicas ea esse illi.Cli.Uah.irridẽtis siue illudentis interiectio est demum.i.tandem intelligo quid te sollicitat.Syrus.dij boni quid turbe est.i.que turba mulierũ admiratur tantã cateruã ⁊ senis sumptibus timet. Turba primo dicit turbationẽ inde perturbo cõturbo.deinde multitudinẽ que fere perturbatione nõ vacat. edes nostre vix eas capient.i.recipient eas:hoc est vix poterũt recipi in nostra domo: scio.i.non dubito q edes nostre vix eas capient:deinde subdit admirãdo quid comedent quid bibẽt:quid erit miserius nostro sene.i.Chremete.i. quid erit eo infelicius q̃ tantã turbam pauerit.Sed eccos.i.ecce:hic video eos quos volebã videre vel quos petebã.scz ambos adulescentes.Eccũ eccam eccos eccas signãt ecce hic eum eam eos eas ellum ellam ellos ellas signãt ecce illic eum eam eos eas ⁊ oia sunt aduerbia ab ecce cõposita. Clinia. O iuppiter qui iura hospitalitatis curas vbinam.i.vbi est fides.i.cõstantia et veritas siue fidelitas ac fiducia: dum.i. q̃diu ego demens.i. desipiens careo patria:errãs id est peregrinabũdus propter te : quia tua causa a patre sum expulsus verborũ increpationibus. O antiphila tu inter ea collocupletasti.i.ditasti te id est locupletẽ te effecisti ⁊ deseruisti.i.dereliquisti et habuisti contẽptui me in his malis propter quem seorsum.i.versor in summa infamia: et sum minus.i.non obseqũes meo patri menedemo. cuius scz patris nunc me pudet ⁊ miseret.i. verecundia teneor ⁊ misericordia eius patris qui cãtabat. id est freqũter inculcabat mihi mores harũ meretricum:antiqui canere pro eloqui capiebãt.Dolet ipse pater se frustra monuisse me vel poti⁹ sic intellige illud sup.quod seqtur dolet mihi.i.mihi dolori est scz eum patrẽ monuisse frustra neq potuisse vnq̃ expellere me.i.abducere abstrahere me ab hac.i.ab huius amore quod tamen nũc faciã.i. abstraham me ab ea nolui abstrahere me ab ea: tum.i.tũc cum illud scz me abstrahere potuit esse mihi gratum.i.iucundum:quia tunc fuissem patri obsecutus: ⁊ eius morem gessissem voluntati. Nemo est miserior me. Syrus.hic Clinia errat.i. in errorem labitur de nostris verbis.i. ꝓpter verba nostra videlicet.i.certe eis verbis que locuti sumus hic. O clinia accipis aliter tuũ amorem atq est.i.quam se habet.nam ⁊ vita eius puelle est eadem.i.modus viuẽdi eius est talis qualis fuit: et animus eius est idẽ.i.equalis similis erga te : ad id est sicut fuit prius quantum cepimus coniecturam ex ipsa re.i.ex ipsa ratione se habendi quam pre se fert.Clini. obsecro quid est quod dicis:nam nihil omniũ rerum.i. nihil est in omnibus rebus est mihi quod malum.i.potius velim quam me suspicarier.i. suspicari falso. id est immerito hoc. scz ea me deseruisse ⁊c.Syr.Primum.i. in primis scito sup.hoc quod sequitur:vt ne quid.i.vt non aliquid rerum huius puelle ignores: anus.i. vetula que dicta est ante hac.id est ante hoc tempus mater ei puelle nõ fuit mater eius ea anus obijt mortem.id est mortua est forte audiui hoc scilicet eam obijsse ⁊c.dum ipsa puella narrat altere more antiquo pro alteri mulieri:scz in via:id est interueniẽdum.Cli.quenam altera est cui dicis eam errasse id:hoc dicit.nam notandũ intellexerat amicam bacchidem aduẽtare cum Antiphila.Syrus.mane.i.siste interrogationes:⁊ me sine progredi quia sum volo: primũ.i.in primis enarrem.i. dicam recitem hoc.qd cepi.i.institui dicere post.i.postea.O clitipho veniã istuc.i.cadam super id quod interrogas.Cli. propera;properat qui festinãter aliquid agit aut dicit.Syr.iam primũ omniũ sic incipit multa pudicitie signa narraturus vt Linius.Jam primũ omniũ satis cõstat.Jmprimũ omniã.i.esse primũ omniũ quod sequitur vbi.i.cum ventũ est impsonaliter.i.peruẽtũ est ⁊ accessum aut appulsum a nobis ad edes.i.ad domũ puelle: dromo pulsat.i.pcutit fores.i. ostia domus quedã anus prodit.i.exit e domo vbi.i. postq̃ hec anus aperuit ostium cõtinuo hic dromo cõiecit.i.cum impetu ingressus est intro.i.in domũ ego consequor eum ⁊ ingredior.anus obdit.i.obijcit opponit pessulũ.i.repagulũ siue obicem siue obstaculũ foribus.i.ostio:de pessulo supius dictũ est.redit.i.reuertitur ad lanã.i.ad lanificiũ exercendum.O clinia potuit sciri hinc ex eo loco haud vsq̃ alibi poterat sciri qd studio.i.qua industria qua animi applicatione exegerit.i.traduxerit vitã.te absente.Exigere itaq vitã signat traducere:exigere vero fabulã signat expellere:⁊ non admittere vt in Andria.An exigẽde sint vobis prius.exigere aũt opus significat finire opus inceptũ ab ex ⁊ ago agis compositũ esse cõstat.Potuit itaq sciri vbi.i.quãto interuentũ est impersonaliter.i.inter tẽpus nõ expectatũ ventũ est mulieri.i.ad mulierẽ de improuiso.i.ex insperato:preter spem:preter opinionẽ:preter expectationẽ:nam ea res videlicet talis interuẽtus inopinatus dedit tum.i.tũc copiam.i.facultatẽ existimãdi.i.iudicãdi consuetudinẽ.i.cõuersationem vite quotidiane que cõsuetudo quotidie vite maxime.i.maiorẽ in modũ declarat.i.ostẽdit re ipsa nõ verbis:vt.i.qualiter.ingenium.i.natura cuiusq sit offendimus.i.inuenimus ipsam texentẽ.i.ordientẽ telam ⁊ filum filo iungentem in tela. Tela aũt dicitur oĩs pãnus tam laneus q̃ lineus studiose.i.curiose diligẽter:attẽte accurate.offendimus inq̃ eum vestitũ veste lugubri.i.luctuosa qua.s.lugebat anum defunctam propterea subdit opinor: eam fuisse ita vestitam

fides.Dum ego ꝓpter te errãs:patria careo demẽs: tu interea loci collocupletasti te Antiphila : et me in his deseruisti malis propter quã in summa infamia sum ⁊ meo patri minus obseqũes. Cui⁹ nũc pudet et miseret que harũ mores cãtabant mihi monuisse frustra dolet neq eũ potuisse vnq̃ ab hac me expellere: quid tñ nũc faciã:tum cũ gratũ esse potuit nolui.nemo est miserior me.Sy.hic de nostris verbis errat videlz que hic sumus locuti Clinia aliter tuũ amorẽ atq est accipis. Nam et vita est eadẽ ⁊ animus erga te idẽ ac fuit q̃tũ ex ipsa re cõiecturam cepimus.Clit.quid obsecro est. nam mihi nunc nihil rerũ omniũ est q malum q̃ me hoc falso suspicarier.Sy.hoc primum vt ne q̃d huius rerũ ignores anus(que est dicta mater ei ante hac)non fuit:ea obijt mortem. hoc ipsa in itinere altere dum narrat forte audiui.Clit. quenam est altera. Syrus. mane hoc quod cepi primũ enarrem.Clitipho post istuc veniam. Cliti. propera.Syrus.iam primum omnium vbi ventum ad edes est. Dromo pulsitat fores. anus quedam prodijt hec vbi aperuit ostium continuo hic se coniecit intro: ego cõsequor:anus obdit foribus pessulum ad lanam redit: hinc sciri potuit haud vsq̃ alibi Clinia quo studio vitam exegerit te absente vbi de improuiso est interuentum mulieri. Nam ea res dedit tum existimandi copiam quotidiane vite cõsuetudinem: que cuiusq ingenium vt sit declarat maxime texentem telam studiose ipsam offendimus:mediocriter vestitã : veste lugubri: eius anuis causa (vt opinor) que erat mortua:

sine auro tum ornatam:ita vti que ornãtur sibi : nulla malam re esse expoliatam muliebri. Capillus passus, prolixius circum caput reiectus negligenter:pax. Clit. Syre mi obsecro ne me in letitiam frustra coniiciãs. Syr. anus sub tegmen nebat:preter eam vna ancillula erat: hec texebat vna pãnis obsita neglecta immunda illuuie. Clini. Sic hec vera sunt. Clinia (ita vt credo) quis est te fortunacior : scin tu hanc quam dicit sordidatam ꝛ sordidam:magnum hoc quoq̃ signum est dominam esse extra noxam:cum tam negligũtur eius internuntii. Nam disciplina est iisdem numerarier ancillas primum ad dominas que affectãt viam. Clitip. Perge obsecro te et caue ne falsam gratiã studeas inire quid ait: vbi me nominas? Sy. vbi dicimus rediisse te:e rogare vti veniret ad te mulier telam deserit continuo ꝛ lachrymis opplet os totũ sibi:vt facile scires desiderio id fieri tuo. Cli. pre gaudio (ita me dii amẽt) vbi scin nescio ita timui. Clitip. At ego nihil esse sciebam Clinia. agendum vicissim Syre. dic que illa est altera. Syrus. Adducimus tuam bacchidẽ. Cliti. Hem quid bacchidem. Eho sceleste quo illam ducis. Syr. Quo ego illam ad nos scilicet. Clitip. At patrem ne? Sy. Ad eum ipsum. Cliti. O hominis impudẽtem audaciam? Sy. Heus tu:non fit sine periculo facinus magnum ꝛ memorabile. Clitip. Hoc vide in mea vita tu tibi laudem is quesitum scelus: vbi paululũ modo te fugerit ego perierim quid illo facias. Syrus. At enim. Clitip. quid enim. Syrus. si finas dicam. Clin. Sine. Clitip. Sino. Syrus. ita res est hec nunc quasi cum Clitipho. Quas (malũ) ambages mihi narrare occipit. Clinia. Syre. verum hic dicit mitte ista atq̃ ad rem redi. Syr. enimuero reticere nequeo multis modis iniuriis Clitipho est:neq̃ ferri potis est. Clin. Audiendum Hercle

causa anuis.i.vetule que erat mortua. Anuis hic legi debet in casu gignendi.nam vt Gelli.inquit antiqui dicebant senatus senatuis domus domuis.sic anus anuis pro anus gtõ:offendimus inq̃ eam tum.i.tunc ornatã sine auro:ita.i. eo modo vti.i.sicut vel quẽadmodũ ille mulieres que ornãtur sibi:vt.i.vt sibi placeãt non vt placeant amatoribus.honeste em̃ mulieres reiiciunt vestiunt sordes.honesteq̃ sibi vestiri cupiũt offendimus inq̃ malã.i.genã partẽ.s.illã que rotũda est in speciẽ mali inter oculos nasum ꝛ buccam nulla pro nõ ꝛ vlla nõ expolitã.i.non fucatã re muliebri.i. fuco quo mulieres molles vtũtur ad expurgandã cutẽ ne rugescat seu soluatur in rugas qđ senescentibꝰ cõtingit. capillus.i.capitis pilus siue crinis eius erat sup.passus.i.sparsus:solutus per collũ a pãdo is. qđ est extẽdo dis.explico cas.quasi extẽsus ꝛ explicatꝰ erat inq̃ prolixus.i.lõgus erat inq̃ capillus eiꝰ: pax aduerbiũ grecũ. vt ait Priscianꝰ.i. tantũmodo:reiectus negligẽter circũ caput.Cliti. O mi syre obsecro ne cõiicias.i.immittas me in letitiam frustra.i.sine causa.Sy.anus.i.vetula cum qua viuebat et q̇dẽ lasciuie internuncia. nebat.i. filabat sub tegmem.i.filum quod in.tela texenda stamen intercurrit. Preterea.i. preter eam anum vna ancillula erat ea texabat.i.filũ filo iungebat. vna.i.simul ancillula dico obsita.i.inuoluta circũdata pãnis.i. vilibus indumẽtis ꝛ crasso filo cõtextis. Inde pãnosus vili panno indutus.ancillula inq̃ neglecta.i.obiecta contẽpta spreta qñ non vt solent eiusmodi ancille apparata immũda.i. feda illuuie.i.sorde.Clit.o clinia si hec sunt vera ita vt credo quis est fortunacior.i.felicior te in abltõ: scin.i.scis ne.i.cognoscis ne hãc ancillã quã Syrus dicit sordidatã ꝛ sordidã. Sordidus aliq̇s dicitur a natura.sordidatus vrgẽte necessitate q̃z.i. etiã hoc est magnũ signũ dominã esse extra noxã id est culpã cum internũtii eius.i. qui nũtia ferũt ad amatores ꝛ referũt ad amatas quos aliqui gamagogi dicũt ducẽdis mulieribus vtrũ bene nec ipsi viderint.Cum ergo internũtii eius tam negliguntur.i.parũ apparãtur ꝛ curantur. Posuit autẽ internuntiũ in masculino: nam interdum habẽt puellos internũtios:interdum puellas. Et q: masculinũ prepõderat feminino : ideo in masculino posuit vtrosq̃ intelligendo. nam disciplina.i.ars meretricãdi est iisdẽ.s.amatoribꝰ : primũ ancillas meretricũ vel amasiarũ numerarier.i. affici numeribus que.s.ancille affectãt.i.preparãt : disponũt prõpto animo faciũt viã.i.ingressum accessum ad dominas suas. Affectare vt inq̇t Festus est pronũ animũ ad aliquid faciẽdum habere Laurentius inquit. Affectare esse affectu ꝛ conatu alterius virtutem emulari quam assequi nequeas refragante natura. Seruius aũt hic interp̃tatur affectant viã pro preparant:quemadmodũ ꝛ illud Vergilianũ. viãq̃ affectat olimpo.i.vt interp̃tatur: ille p̃parat sibi diuinos honores seu disponit. Cli. obsecro te perge.i. p̃sequere in incepta narratione tu syre et caue ne studeas.i.de industria labores inire gratiam falsam.i.captare meã beneuolẽtiã mẽdacio. nam ipso rescito gratia inita frustraberis. q̇d ait ipsa Antiphila: vbi.i.qñ nominas me. Sy.vbi.i. qñ dicimus te rediisse ꝛ te rogare: vt veniret ad te continuo.i.ilico mulier.s.Antiphila deserit telam quã texebat.ꝛ opplet.i.replet sibi totũ os.i.totam faciem lachrymis:vt.i.ita ꝙ facile.i.clare : scire id fieri tuo desiderio.i. vt desideras fieri. vel posuit tuo pro tui vt sit desiderio.i. amore tui ꝛ cupiditate tui videdi. Cliti. ita dii me ament:vt verũ.s.dico affirmãtis id dictũ est nescio vbi sim.i.mei sum oblitus:ꝛ extra me sum pre gaudio.s.nimio : ita.i. adeo timui opposit[illegible] propterea ex altero opposito qđ optabã accedẽte in tantã incessi letitiã. Cliti. At.i.sed ego sciebã nihil esse O clinia propter qđ deberes timere o syre agedũ.i.eya vicissim.i.contra vel cursus dic que est illa altera. Sy. adducimus bacchidem tuã amicã. Cliti. Hem interiectio indignãtis quid modus admirãtis bacchidẽ adducitis scz iterũ hoc admirãdo p̃nũciandũ est eho.interiectio monẽtis attentionẽ:ꝛ vt si statur gradus poscẽris. O sceleste.i.scelerose qui ducis illã bacchidem. Syr. petis sup.quo ducã illã.s.i.certe ad nos.i.qđ dici solet:sed inepte penes nos. Cliti. ne.i.vtrũ ducis illam ad patrem.i.vt ita dicã penes patrẽ ꝗuis barbare:sed interpretationis causa ponitur. Sy. duco illã ad eum ipsum patrẽ:interpretando vt prius. Cliti. O audaciã.i.temeritatẽ impudentẽ.i.effrenatã hominis.s.Syr. Sy. heus tu aduerbium est vocãdi heus ꝛ excitãdi ad attendendũ facinus.i.factũ magnũ.i.magni põderis:ꝛ memorabile.i.dignũ memoria: nõ fit sine periculo. Et est sentẽtia exornatio rhetorica. Cliti. vide.i.animaduerte cõsidera hoc qđ sequitur. O tu scelus.i.tu scelerose adeo:vt ipsum scelus dici possis:tu is.i.vadis:pergis quesitũ.i.ad querendã tibi laudem in mea vita.i. in vite

mee periculo quãdoquidẽ dicturus es perierim si quid offendatur seu erretur.vbi.i.in qua via. fine faciẽdi ratione.'si modo.i.tñmodo quid.i.aliquid paululũ.i.etiã paruũ admodũ fugerit te.i.tantũmodo paululũ erraueris in ea techna exercẽda.q̃ paras perierim.i.eo tpe perditus ero.tẽpus pro tpe quid facias in illo tpe.Syr.At eñ.i.sed certe faciã sup. quod intẽdo.vel non est periculũ.vel nihil me fugiet ⁊ similia. Nam Clitipho more impatiẽtis eius sermonẽ interru= pit inquiẽs.Cliti.quid eñ.q.d.quid vis dicere cum tuo eñ.Sy.dicã si sinas.i.permittas: patiaris. Clinia.tu Ciltipho

est:tace.Clitipho.Quid est.Syrus.Uis amare:vis po= tiri vis : quod des illi effici. Tuũ esse in potiũdo peri= culum non vis:haud stulte sapis. siquidem id sapere: est:velle id quod nõ potest cõtingere aut hec cum illis sunt habẽda:aut illa cum his admittẽda sunt harum duarum conditionũ nunc vtram malis vide.Et si hoc consilium(quod cepi)rectum esse ⁊ tutum:scio. Nam apud patrẽ tua amica tecum sine metu vt sit copia est? Tum quod illi argentũ es pollicitus:eadẽ hac inueniã via.qđ vt efficerem:orando surdas iam aures reddide= ras mihi quid aliud vis tibi. Cli.Siquidẽ hoc fit.Sy. siquidẽ experiũdo scies.Cli. Age age cedo istuc tuum consilium quid id est.Sy. Assimulabimus tuã amicã huius esse.Cli.pulchre.cedo quid hic faciet de sua? an ea quoq̃ dicetur huius si vna hec dedecori est parum? Sy.Immo ad tuam matrem deducetur. Cli.quid eo. Syr.Longum est o Clitipho.si tibi narrem q̃obrem id faciã:vera causa est.Cli.Fabule nihil satis firmi.video q̃obrem accipere hunc mihi expediat metũ.Sy. Ma= ne habeo aliud si istuc metuis q̃ ambo ↄfiteamini sine periculo esse.Cliti. Hmõi obsecro aliquid reperi. Sy. maxime: ibo obuiam his dicam vt reuertantur domũ. Cli.quid dixi? Syr. Ademptum tibi iam faxo omnem metũ:in aurem vtrãuis ociose : vt dormias. Clitipho. quid ago nunc? Syr. Tu ne? quod boni est. Cli. Syr. dic modo verum.Syrus. Age modo hodie sero : ac ne quicq̃ voles.Clinia.Datur fruare dum licet: nam ne scias eius si sit potestas posthac an vnq̃ tibi. Clin.Syre inq̃. Syr. Perge porro : tum istuc ago. Clin. Uerum hercle istud est : syre syre inq̃ heus heus syre. Syrus. Conculcauit quid vis? Cli.Redi redi.Sy. Adsum. dic q̇d est iam hoc quoq̃ negabis tibi placere? Clinia.im=

sine.i.permitte vt pgat pducturus suũ ↄsiliũ.Cli. sino.i.facio illi copiã seu permitto. Syrus.res est ita.i.ita se habet negotiũ.hec an bacchis an Anti phila incertũ est eñ hic oratio imperfecta a Cliti= phone interrupta nũc q̃uasi cum quid velit dicere nescitur interruptione impedientis.⁊ ideo liberũ est vnicuiq̃ subaudire qđ placeat. Cliti.quas ma lum ambages occipit.i.incipit narrare mihi.i.qđ dici solet quas male gratie circuitiones sermonũ verbo⁊ ⁊ inuolucra iste incipit narrare mihi.Ubi malũ est aduerbiũ vel interiectio interposite indi gnationis:vel quo supius satis aperte diximus. Cli.iste.s.Clitipho dicit verũ mitte.i.omitte ista.i. tales ambages : atq̃ redi ad rem.i.ad institutum propositũ.Sy.Enimuero.i.certe:nequeo reticere: id est nõ possum cõtinere quin dicã hoc quod mo net mihi stomachũ videl; q̃ Clitipho est iniuri⁹: id est infestus molestus ac nõ equus multis mo= dis:neq̃ potis est.i.non põt ferri.i.tolerari:vel nõ põt ferre ea que dicũtur ei:neq̃ patientiã habere donec narrauerim.Cli. Hercle audiendũ est quid dicat.s.Tace.Clitip.quid est.Sy.vis amare.i.esse amãs.Uis potiri amata.i. quod inepte solet dici. Uis gaudere amata:vt rex potitur regno: vbi di= cũt rex gaudet regno vis effici.i.inueniri aliquid sup.quod des illi meretrici. Nõ vis periculũ esse tuũ in potiundo.haud.i.non stulte sapis: ironice dicit quidẽ.i.quia id sapere.i.velle contingere: id est assequi quod nõ potes.Uel si sit potest sic intel lige.i.sapere.Per ironiã dicit velle.i. illud optare non põt contingere.i. euenire.'Aut hec pericula sunt habenda cum illis.i.cum his que dicta sunt videl; amare:potiri : inueniri:aut aliud hmõi qđ detur aut illa voluptaria.s.amare : potiri ⁊c.sunt admittẽda cum illis periculis. Nunc vide. cogita examina vtrã.i.quam:si liceat dici: harum duarũ conditionũ.i. optionũ electionũ malis.i. potius velis.Et si.i.q̃uis scio hoc consilium quod cepi.i. inivi suscepi esse rectũ ⁊ tutũ.i.absq̃ piculo.Nam copia est.i. facultas est seu facile factu est vt. i. q̃ tua amica sit tecum apud patrem tuũ sine metu. Tum.i.deinde post hoc inueniam hac eadẽ via.i. hoc eodẽ modo seu hac eadẽ ratione argẽtum qđ pollicitus es illi amice.Quod vt efficerẽ.i.vt inue nirem argentũ quod illi pollicitus es:orãdo.i. ro gando etiã atq̃ etiã reddideras mihi iam aures surdas.i.attonitas obtusas stupidas : quid aliud tibi vis.Cliti.Siquidem.i.si certe hoc qđ dicis fit. Sy.dicis sup.siquidẽ ⁊ propterea videris dubita= re:scies.i.effici experiũdo.i. cum experieris re ipsa quod dico.Cli.age age hortantis est aduerbiũ ge minatum maioris causa exhortationis cedo.i.dic istud consiliũ tuũ quid id.s. consiliũ est.i.quale est seu quod est illud tuum consiliũ. Sy.assimulabi= mus.i. fingimus tuã amicam sc; bacchidem esse amicã huius Clinie.Cli.pulchre.i.iucũde excogi= tasti seu dicis ridendo cum hoc dicit Clitipho quid sua amica faciet hic an quoq̃ ea.s.Antiphila dicetur esse amica hu ius Clinie.s.hec vna.s.Antiphila parũ dedecori.i.affert dedecus.q.d.si hec vna dedecus parit quãtũ esset illi dedecori si diceretur duas habere.Sy.Immo.i.sed ipsa Antiphila deducetur ad matrẽ tuã.s.sostratã.Clit.quid.i.ad matrẽ. Sy.O clitipho lõgũ est si narrẽ tibi.q.d.lõgũ esset tibi a principio narrare.Uera causa est q̃obrẽ.i.pPter quã faciã id.i.suadeã eam deduci ad matrẽ.Clit.Fabule sunt sup.i.nõ sunt nisi nuge ⁊ iocularia verba neq̃ vera neq̃ verisimilia : ⁊ pPterea sunt fabule nihil satis firmi.i.nullã rem satis firmã certã ac stabilẽ in tuo consilio video.i. intelligo esse sc; q̃obrem.i. propter quã rem expediat mihi.i.sit mihi vtile accipere.i.subire hũc metũ. Sy.mane.i.tace audi qđ dicturus sum ⁊ siste verba tua.habeo.i.scio aliud si metuis illud sc; quod suadeo puta vt assimuletur tua esse huius ⁊ sua ad matrẽ deduca tur:quod vc; illud qđ habeo ambo cõfiteamini esse sine periculo.Obsecro reperi aliqđ hmõi.i.tale qđ confiteamur esse sine periculo.Sy.maxime.i.libẽtissime reperiã ibo obuiã illis sc; mulieribus.dicã eis vt reuertatur hinc.i.ex hoc loco. domũ in edes suas vnde venerũt quãdo nõ vis eas recipi.Cli.Hem.indignãtis est:qđ dixti.i.dixisti.Sy. Jam faxo idẽ faciã oẽm metũ adẽptũ.i.ablatũ tibi.i.a te.q.d.abstergã statim oẽm animi tui metũ:nam dicã amice tue vt in domũ re= uertatur:vt dormias ociose.i.trãquille qete secure absq̃ sollicitudine ⁊ metu in vtrãuis aurẽ.i. vt dormias quiete super

Immo syre ⁊ me meū meum amorem ⁊ famam permitto tibi tu es iudex. ne q̇d accusandus sis vide. Syr. Ridiculum est te istuc me admonere. Clit. quasi istic min⁹ mea res agatur q̄ tua hic si quid nobis forte aduersi euenerit tibi erunt parata verba huic homini verbera. Quapropter hec res neutiq̄ neglectui est mihi. sed istuc exora vt suā esse assimulet. Cli. Scz facturū me esse in eū iā res rediit locū vt sit necesse. Cli. merito te amo clinia. Cli. verū illa ne q̇d titubet. Sy. Perdocta est ꝓbe. Cli. At hoc demiror qui tam facile potueris persuadere illi que solet quosq̄ spernere. Syr. In tempore ad eam veni: quod rerum omnium est primū. Nam miserū quēdam offendi ibi militem eius noctem orantē: arte hec tractabat virum: vt illius animum cupidū inopia incēderet: eademq̄ vt esset apud te ob hoc q̄ gratissima sed heus tu vide sis: ne quid imprudens ruas. Patrē nouisti: ad has res q̄ sit perspicax ego te autez noui q̄ esse soleas impotens. inuersa verba euersas ceruices tuas gemitus. screatus. tussis. risus. abstine. Cli. Laudabis. Syrus. Uide sis. Cli. Tutemet mirab ere. Syrus. Sed q̄ cito sunt consecute mulieres. Cliti. Ubi sunt? cur retines? Syrus. Iaz nunc hec nō est tua. Cli. Scio apud patrē at nūc interim. Sy. Nihilomagis. Cli. Sine. Sy. Non sinam inq̄. Cli. q̄so paulisper. Sy. veto. Cli. Saltem salutare. Syrus. abeas si sapis. Clitipho. eo. Quid istic? Sy. Manebit. Cli. O hominē felicē. Sy. Ambula.

Bacchis meretrix. Antiphila mulier. Clinia. Syrus.

vtrūlibet latus aut super dextrū quod per dextram aurē designatur: aut super sinistrum quod per sinistram autem declaratur in tali genere dicendi. Clit. quid ago. i. quid facio nunc dubius ⁊ perplexus querit cōsilium timet pericula et amica egerrime fert abscedere. Sy. tu ne. i. vtrū petis quid agas: agis sup. quod est boni. i. quod spectat ad virum bonum. Non boni est velle. abscedere lasciuas mulieres: ⁊ hoc totū dixit ridendo eū. Cli. O syre dic modo. i. dic nūc mihi verū quasi dicat nunc vere quid facere velis. Sy. Age. hortantiū est particula qua se hortatur syrus: vt obuiā mulieribus eat dicturus vt reuertantur. dicā sup. verum modo. hodie sero. i. vesperi ac ne quicq̄. i. frustra voles quoniā statim reuocabis voluntatē et impedies quominus dicā verum vt prius fecisti: vel sine ⁊ quicq̄ sint duo verba sic astrue: ac ne. i. nō vales. i. nō permittes quicq̄ dici scilicet a me nā impedies vt pri⁹. Clin. dat. i. ꝯce dit tibi ostēdere verū fruare. i. vtare ea facultate dicēdi veri dū. i. q̄diu licet. i. permittitur. nā nescias an vnq̄ potestas eius scilicet ostēdēdi veri sit tibi posthac. i. permittatur tibi post hoc tēpus. Interea Syrus ad mulieres se conferebat quē abeuntē clitipho primo paululum reuocat. Deinde ipso calescēte magis ac magis amore ⁊ syro pergēte vehementissime reuocat. Clit. Syre inq̄. i. dico hoc ita dicit, vt paulisper eum retineat. Sy. perge. i. ꝓsequere in me reuocando quantū voles: porro. i. sed tū ago istuc. i. mulieribus eo obuiam amicā tuā remissurus. Quod vt vidit clitipho syrum pergentem in incepto veritus ne sue amice presentiam amitteret subiūgit cli. Hercle istud est verum te studere vt amicam remittas. Syre syre inq̄ heus heus syre aduerbium vocantis est hec particula heus. Syr. dicit hoc apud se syrus ipse amator cōcaluit. i. amoris ardore exarsit quapropter sic me reuocauit vehementer deinde rñdet ei quiduis. Cliti. Redi redi. i. reuertere noli remittere amicā. Sy. adsum. i. presto sum hoc dixit postea q̄ paululum rediit ac prope clitiphonē fuit dic quid est propter quod me reuocas. Iam. i. statim quoq̄. i. etiā negabis hoc placere tibi vez ꝙ amica veniat et non reuertatur. Cliti. Immo o syre permitto. i. cōmitto tibi seu credo ⁊ trado me tibi Clitiphonem ⁊ meū amorē ⁊ famā meā: tu es iudex. i. tuo arbitrio cōmitto me ⁊ amorē ⁊ famā: vide nequid i. ne in aliquo vel ꝓpter aliq̇d sis accusand⁹. i. reprehēdēdus. Sy. O clitipho ridiculū est. i. stultū est ac ridēdum te admonere me istuc. Admoneo te hoc dicim⁹ cū duob⁹ accusatiuis quasi. i. tanq̄ dicere velis ꝙ mea res minus agatur q̄ tua istic. i. in ea fictiōe. quasi dicat videris ita admonēdo me putare q̄ min⁹ mihi ex ea re impēdeat periculū q̄ tibi: vel qd id caute fieri min⁹ mea intersit aut minus ad me spectet q̄ a te. Nā cū Hora. inquit. Nā tua res agit̃ paries cū ꝓximus ardet. intelligit̃ sic tibi imminet periculū proxime ardēte vicino pariete vel negotiū de incēdio parietis vicini ad te pertinet. Nā res in eo dicēdi genere capitur pro negotio. preterea hec particula quasi hic capit̃ ironice vt sepe precipue cū iungit̃ cū vero etiā sine exēplorū plena sunt omnia. Si forte aliquid aduersi euenerit nobis hic. i. in hac fictione suscepta hoc est si forte quicq̄ in hac re non ꝓspere successerit verba erunt tibi parata ad me obiurgandum verbera erunt inq̄ parata huic homini. id est mihi. Nam hic dicitur de persona loquentis: iste de persona audientis: ille de persona remota ab vtroq̄. Quapropter hec res quam cogito facere. neutiquam: id est nullatenus nullo modo est mihi neglectui. id est, a me negligitur: immo est maxime mihi cure: nam res mea agitur: ⁊ in ea periculū mihi cōmune tecum impendet: sed exora istunc. scilicet cliniam hoc est persuade illi vt assimulet. i. fingat tuam amicam esse suam. Cli. scilicet. i. profecto certe res rediit in eum locum. i. negotium hoc in eum peruenit statum: vel cousq̄ peruentum est in negotio isto vt necesse sit me esse facturum. i. quod faciam non. Cli. O clinia merito. i. non iniuria amo te. Cli. verū. i. sed nequid. i. in aliud: illa. scz bacchis titubet. i. vacillet: sed semper sit stabilis ⁊ firma: vbi ne capit̃ prohibitiue: neq̄ est opus intelligere timeo. Admonet autē clinia vt bacchis nullatenus verbis suis aut gestis aut vultu titubet. i. vacillet: ne forte deprehenderetur eā non esse suam. Syrus. bacchis est perdocta ꝓbe. i. peritissima taliū simulationū. vbi probe capi potest pro satis aut rite aut oportune. Cli. ad hoc. i. preterea: demiror. i. valde miror qui. i. quomodo potueris persuadere illi bacchidi. tā facile: vt scz veniret. q̄ bacchis solet spernere quousq̄ i. oēs. Syrus. Ueni ad eā in tpe. i. intēpestiue ⁊ oportune: quod scz venire ad aliquē tēpestiue: est primū. i. optimū precipuū oīm rerū valentiū ad obtinendum. Nā offendi. i. inueni ibi apud eam quēdā miserū militem orantem. i. petētē noctē eius. i. petētē eius copiā nocturnā fieri sibi hec bacchis tractabat. i. fouebat arte. i. astutia meretricia virū scz miserū illū vt incēderet. i. inflāmaret animū illi⁹ militis cupidū. i. amore captū ⁊ ardore cupidinis: inopia. i. carentia sui qr inter fouēdū eū seu tractādū nō se amorē gesturā ꝓmittebat. Nitimur aūt inuetitū semper: cupimusq̄ negata: ⁊ vt inq̄ eadē esset q̄ gratissima. i. etiā atq̄ etiā grata apud te. ob hoc. i. ꝓpter talē repulsionē militis: sz heus tu admonentis ⁊ vocātis est aduerbiū ac poscētis attētionē, vide. i. caue sis. i. si vis nequid. i. ne aliquantulū: ruas. i. labaris: erres

imprudens.i.inconsideratus non satis aspiciēs q̄d faciendū sit vel pōt dici ne q̄d.i.ne in aliquod dictū aut factū ine= ptū ruas.i.cū impetu incurras:imprudens inconsult⁹. Nonisti patrē tuū ꝙ.i.ꝙtū sit perspicax.i.subtilis: astutus ad has res percipiēdas.s.aut.i.sed noui te ꝙ soleas esse impotens.i.tuoꝝ appetituū minime moderator. Nā is impotēs dicitur qui suis affectibus ac animi passionib⁹ nō pōt modū adhibere ac eas cohibere:sed ab illis victus trahit quo cunq̃ ferant ⁊ rapiant eū abstine.i.siste:cohibe reprime verba inuersa.i.i ambiguū iactata ⁊ in ↄtrariū versa: seu prepo

In hac scena poeta meretricū conditionem exprimit quod non potuit competētius exeq̄ ꝙ per Bacchidē q̄ noi meretricio impri= mis fauet. Et quum alibi quoq̃ reprehendant nihil aliud ex adule= scentū amore querere ꝙ pecuniaꝝ extorsionē. Hic etiā iocunda amā tium congressio a poeta significanter exprimitur.

Edepol te mea Antiphila laudo ⁊ fortunatā iudico id dū studuisti isti forme vt mores cō similes forēt minimeq̃ (ita me dij amēt) mi ror si te tibi quisq̃ expetit. Nā mihi quale ingeniū haberes:fuit indicio oratio tua et cū egomet nūc mecū in animo vitā tuā considero adeoq̃ omniū vestrarū vulgus que ab se segregant: ⁊ vos esse istius= modi:⁊ nos nō esse haud mirabile est. Nā expedit esse bonas vobis:nos quibuscum est res nō sinunt quādo quidem formam impulsit nostra nos amatores colūt hec vbi immutata est illi suum animū alio conferunt. nisi prospectū interea aliq̄d nobis est deserte viuimus. vobis cum vno simul etatem agere decretum est viro cuius mos maxime est consimilis vestrum hi se ad vos applicant hoc beneficio vtriq̃ ab vtrisq̃ vero deuinci= mini vt nunq̃ amori vr̄o vlla incidere possit clamitas. Antiphi. Nescio alias me scio pridem semꝑ fecisse sedu lo:vt ex illius cōmodo meū parare cōmodū. Cli. Uah. ergo mea ātiphila tu nūc sola reducē me i patriā facis nā dū abs te absuz oēs mihi labores fuere (quos cepi) leues preter tui carēdū qd̄ erat. Sy. Credo. Cli. Syre. vix suffero hoccine me miseꝝ nō licere meo modo inge nio frui. Sy. immo vt patrē tuū vidi esse habitū diu du ras dabit. Bac. Quisnā hic adulescēs intuet̄ nos. An ti. Ah retine me obsero. Bac. Amabo q̄d tibi est. An= tiphila disperij misera. Bac. Quid stupes Antiphila. Antip. Uideon cliniā:an non. Bac. quem viden. Cli. Salue anime mi. Antiphi. O mi expectate clinia salue

stere pnūciata.abstine inq̃ tuas ceruices,euersas i.noli ōndere colla tua indomita. Ceruix ei est po sterior colli pars.poniturq̃ pro superbia seu cōtu macia quadā ac rigore mētis vir dure ceruicis.i. indomabilis ⁊ mentis rigorē pre se ferens tanq̃ nemini caput inclinare velit. Euertere interdum signat destruere vt euertere vrbē.i.destruere ⁊ eā demoliri ac dissipare ac etiā subuertere. Interdū euertere significat prosternere ⁊ facere vt qd̄ sta= bat nunc pstratū iacet ⁊ ab hac significatiōe ma nauit precedēs:nā euertitur vrbs cū menia que prius stabant diruunt̄. Itē mulier querens dra= gmā euertit tōtā domū.i.inquirendo illā omnia que in domo sunt iacit huc ⁊ illuc ⁊ a suo ordine dimouet. Itē in iure sepe dicitur euertit plaustrū seu currus qn̄ prosternit̄ ad terram. Abstine inq̃ i.cohibe gemit⁹.i.suspiria screat⁹. i.sputa a screo as.quod significat screatus eijcere ex ore abstine inq̃ tussis.i.tusses hoc est contusiones pectoris: ac precordioꝝ. Abstine.i.cohibe tādē risus ne sol uaris seu effundaris in risum. Ubi est notandum abstineo verbū posse iungi genitiuo:vt apd̄ Ho= ratiū. Abstineo iratū. Itē accusatiuo vt hic. Item ablatiuo vt sepe. Posset tn̄ hec structura ita fieri vt abstineo nō iūgeret̄ accusatiuo repetēdo noui sic noui tua inersa verba noui euersas ceruices tuas gemitus screat⁹ tussis ⁊ risus ibi multa ponit Te ren. que ab amāte vecordi fieri solēt. Cli. Lauda= bis i.probabis meos gestus.s.⁊ mores me habē= di vbi tp̄s erit. Sy. vide sis .i.si vis. Cli. Tutemet mirabere meas rationes me habendi. Sy. sz quā i.quantū cito mulieres consecute sunt. Cliti. Ibi impatientia amātis ostendit̄ vbi sunt mulieres: cur retines eas neq̃ sinis nos illarū presentia de lectari. Sy. iam nunc hec bacchis non est tua ami ca. Cli. scio ꝙ apud patrē non est mea:at.i.sz saltē nunc interim.i.interea priusq̃ ad patrē eatur si= ne mea vt sit. Sy. nihilomagis.i.nō plus est tua nunq̃ apud patrem. Cli. sine.i.permitte me dele ctari eius presentia. Sy. inq̃.i.dico tibi nō sinam i.nō patiar. Cliti. queso paulisper.i. paruo tēpore sinas.s.me delectari eius presentia. Sy. veto.i.p= hibeo.s.te frui eius presentia. Cli. saltē sine.i.per= mitte me salutare eā.i.vt eam salutē. Sy. abeas.i. discedas si sapis.i.qd̄ dr̄ iepte si facis ꝙ sapiens. Cliti. eho.i.discedo q̄d istic.i.iste clinia faciet: scz Sy. manebit.i.remanebit nō discedet. Clit. o hoiez felicem.i.dico hominem.s.cliniam plurimū felicē qui maneat cum amica. Sy. ambula.i.ingredere viam ⁊ perge ꝙuis inuitus. Ascensius.

Datur fruare dum licet plurimi sic inter pretantur.vt Clinia ad Clitiphonē id dicat de voluptate qua in amice presen tia fruatur. Non autem ad syrum deve ritate atq̃ ita dicūt. O Clitipho datur: i.deorum beneficio vel fortune benignitate tibi conceditur frui amica fac igitur fruare.i.fruaris ea dum.i.donec:licet.i.licitum est. Nam nescies an vnq̃ posthac. i. amodo sit tibi potestas eius.i.an vnq̃ posthac ea potiri dabitur ad dominas que affectant viam. Alij legunt qui vt sit ijsdem qui affectant.i.appetunt.illud aūt huiusmodi aliquid reperi scribendum est nō repperi:q̄ presentis tēporis imperatiui est modi quod vnico prescribitur.

Edepol ⁊c. Hic per meretricem optime conditio meretricis exprimit̄ simulq̃ amantū congressio signā tissime representat̄ Bacch. edepol.iurantis est aduerbiū quasi per edem polllucis. Per castorem ⁊ pollu cem apud vetustissimos mulieres iurabant:o mea antiphila.i.amica mea laudo te que dixisti te velle tra ducere vitam cum vno solo ⁊ iudico te fortunatam.i.felicem cum studuisti id quod sequitur. Studeo in terdum iungitur datiuo cum significat incumbo. Interdum accusatiuo cum significat magno studio aliquid conari vt hic cum studuisti.i conata es id videlicet vt mores forent consimiles.i.conformes isti forme.i.tue venustati. Nam in pulchro corpore pudici mores gratiores esse solēt. Uergi. Gratior ⁊ pulchro veniens in corpore virtus. Et ita dij ament,me affirmatio cum iuramento:minime.i.non miror si quisq̃ expetit te sibi.i.cupit ha bere in vxorem cum talibus probis moribus sis vt vni fida esse velis. Expetimus eniz bona tm̄ et honesta:nā oratio

tua.i.tuus sermo. Antiqui etiā pauca verba orationē dixerunt: oratio tua fuit mihi indicio.i. argumento signo ⁊ ostē sioni quale ingeniū.i.qualē naturā haberes: ⁊ cū egomet cōsidero nūc mecū aio vitā tuā. ⁊ adeo.i.certe dū cōsidero vitam oim vestrarū.i.vestri similium iuuencularū: que iuuencule segregāt.i.separent reijciunt ab se.i.a suo consortio et consuetudine vulgus.i.amatorum multitudinē neq promiscue quousq recipiunt. haud.i. nō est mirabile ⁊ vos esse istiusmodi.i.tales quales estis ⁊ nos non esse similes vestri. Nam expedit.i.decet cōmodum: est vtile est vobis esse bonas. vbi notanda est hec structura. Mihi expedit esse bonum: ⁊ mihi expedit esse bono vt Quinti. Cui esse deserto vace. Illi supple amatores quibuscum.i. cum quibus res est nobis.i. cum quibus habemus rem seu consuetudinē ⁊ quib⁹ copiam nostri facimus: siue cum quib⁹ habemus cōmerciū ⁊ cōmunicationē non sinunt.i. non patiuntur nos esse tales quales estis quippe: quia certe vbi quippe ponitur sine relatiuo ⁊ sine coniunctione amatores impulsi.i. illecti induti nostra forma.i.pulchritudine colunt.i.frequentant nos. Ubi.i.postq̄ hec forma nostra est imutata.i. decorem suum amisit ⁊ nitorem illi amatores cōferunt animū suum alio.i.ad aliam amicam: seu ad rem aliam nisi interea.i.dum colimur ⁊ durat nostra forma nisi aliquid est prospectum.i.prouisum nobis vtputa si non prosperimus nobis cōparādo ab illis pecunias viuimus.i. vitam agimus deserte.i.derelicte et abiecte omnibus. Decretum est vobis. i. statuistis deliberastis decreuistis etatem agere.i.traducere vite vestre tempus simul.i.vna seu pariter cū vnoviro cuius viri mos.i.viuendi modus est maxime.i.imprimis precipue consimilis.i.conformis moribus vestrū pro moribus vestris: sic enim antiquis loqui placuit mores vestri vt recētioribus placet. hi.i. tales viri applicant se.i.adhibent animos ad vos: vero.i.sed vtriq tā vir q̄ vxor deuincimini.i.obligamini ab vtrisq.i. vltro citroq hoc bñficio scz seruandi mutuo fidem quasi dicat sic ambo obligatis: vos mutuo beneficio intemerate fidei seruande: ⁊ hoc dictū est illi simile vterq vtriq sunt cordi: vbi Laurentius confirmat ab oratoribus potius esse dicendum vterq alteri est cordi: vt.i. ita qd̄ nulla calamitas.i.nulla miseria possit incidere vestro amori. Anti. nescio alias.i.nō cognosco qd alie faciāt quidē.i. certe scio me fecisse semper sedulo.i. instanter ac sine dolo vt pararem.i.

Cli. Ut vales. An. Saluum aduenisse gaudeo. Cli. Teneo ne te antiphila maxime animo expectata meo. Sy. Ite intro. vos iam dudum expectat senex.

¶ Tertius actus. Chremes Menedemus.

Ueri comici offi ciū a Terentio q̄ pulcherrime in hac scena describitur. In qua profecto amicus amico gaudij insperati: maximo cum affectu: ⁊ nuncium simul: ⁊ consilium affert. Tum menedemus filium suum licenter posthac ducare instituit: cui id magnopere ob varias causas dissuadet. Chre. sed cum illi Menedem⁹ minus ea in re auscultaret: saltem hec tādem persuadet ne filio leuē nimis erga ipsum animum quoquo pacto prodat.

Lucessit hoc cur iam cesso pulsare ostium vicini: primū ex me vt sciat sibi filiuz rediisse: et si adulescētem hoc nolle intelligo verum cū videā miserū hūc tā cruciarier eius habitu: celem tuam insperatum gaudium: cum illi pericli nihil ex indicio fiet: haud faciam: nam quoad potero adiuuabo senē: ita vt filiū meū amico atq equali suo video inseruire: ⁊ socium esse in negotijs nos quoq senes est equū senibus obsequi. Mene. aut ego profecto ingenio egregie ad miseriam natus sum: aut illud falsum est. quod vulgo audio dici: diē adimere egritudinem hominib⁹. Nā mihi quotidie augescit magis de filio egritudo quāto diutius abest magis cupio: ⁊ tam

contraham acquiram et reputem meum cōmodum ex commodo illius.q.d.commodum eius est mihi cure non minori q̄ meum mihiq ita persuadeo ex eius oportunitate mihi oportunitatem contingere. Clinia. Clinia hoc audiens q̄uis non animaduersus a mulieribus prorumpit in exclamationem inquiens. Uah. que interiectio clamosa hic ad gaudium spectat. Ego.q.d. longe aliter q̄ suspicabar vt video. O Antiphila tu nunc sola facis me reducem reuertentē incolumem post varia pericula que subij eundo in asiam ac redeundo. Nam vt Seruius inquit reduces dicuntur proprie qui pericula euadunt facis itaq me reducem.i.defunctum periculis reuertentem in patriam. Nam dum absum. i.longe .um abs te omnes labores quos cepi fuere mihi leues assidua tui cogitatione ⁊ sperādo te reuisere aliquando preterq̄.i.nisi quod carendum erat tui. Antiqui careo verbum genitiuo iungebant nedum ablatiuo. Sy. credo qd̄ dicis esse ita vt asseris. Cli. o Syre. vix.i.difficulter suffero.i.sustineo ⁊ moleste fero qd̄ in ea sum angustia vt mihi meo non liceat vti ingenio. Hoccine.i.hoc ne.i. vtrum hoc est verum supple vt interpretatur Lauren. vel est ne hoc tolerandum non licere: id est non esse licitum modo id est nunc miserum fui ingenio meo.i.complexione mea delectari que est prona ⁊ proclinis ad voluptates. Sy. Immo.i.sed etiam vt.i.quantum vidi i.potui cognoscere patrem tuum habitū i.affectum dispositum dabit tibi duras lites supple vel partes.i.dabit tibi aspera officia.i.onera si cognouerit te adhuc amare ⁊ quidem diu dabit illas partes aut lites. Bac. quisnam.i.quis est hic adulescēs qui intuetur: id est aspicit nos. Anti. Percipiens antiphila esse amicum inquit. Ah interiectio dolentis obsecro te Bacchis retine me ne cadam consternata: adeo amore amici repente percepti sum perculsa. Bacch. Amabo: particula blandiētis quasi rogo te per amorem quid est tibi: id est quid habes Antipho. Ego misera disperij pre nimio amore tota sum attonita et mei impos. Bacch. O antiphila. quid.i. cur stupes.i. ita stupida es et consternaris. Antip. videon: id est vtrum video Cliniam an non. Bacch. quem vides? Clinia. O tu antiphila mi anime.i.in cuius amore totus versatur animus meus salue. Antiphi. o mi Clinia expectate.i.diu desiderate salue. Clinia. vt vales: id est qualiter te habes. Antiphi. Gaudeo te aduenisse saluuz. Cli. O Antiphila maxime expectata. id est desiderata a ⁊imo meo: id est vtrum teneo te: id est vtrum es adhuc mea mihiq quidem adhuc intemeratam conseruas. Sy. Ite intro in domum. Chre. nam senex iamdudum expectat vos vt tenetur.

¶ Ascensius.

Manifestum est hic finiri actum. Nam chremem in proscenio fuisse vsq dum lucesceret postridie: videlicet q̄ aduenerunt puelle ridiculum est. Graphice autem describitur future coniugis simplex integritas et callide meretricis arguta duplicitas.

Lucessit hoc cur iam ⁊c. Hic veri amici officium in scena pulcherrime exprimitur in qua amic⁹ amico gaudij insperati maximo cum affectu nuncium et consilium affert Chremes. Lucessit: id est lux fit hoc est dies aduenit cur: id est quare iam cesso: id est tardo pulsare ostium vicini mei. scilicet Mene. vt ipse sciat primum ex me: id est a me filium rediisse sibi: id est ad suum gaudium: etsi: id est quamuis intelligo adulescentem: scilicet Cli, nolle hoc scilicet vt pater sciat eum venisse verum: id est sed cum videam hunc scilicet patrem

miserum tam.id est adeo cruciarier.id est vexari abitu.i.decessu eius celem.i.debeam celare gaudiū tā insperatum cū nihil pericli sit illi ex indicio.i.ex indicatione ꝛ manifestatione.Haud.i.non faciam.i.non celabo gaudium.nam adiu uabo senē.s.Mene.quoad.i.q̄tum potero:vt.i.sicut video filium meum inseruire amico atq̃ equali suo.s.Cli.et video eū.s.filium meum Cli.esse sociū in negotijs ita.i.in eo modo:quoq̃.i.etiam:equum est.i.iustū est nos senes obsequi.i. inseruire sensib⁹. Mene.ꝓfecto.i.certe aut ego Mene.sum egregie.i.valde nimis natus ingenio.i.natura mea ad miseriam.i.ad infelicitatem sustinēdā:aut illud est

to magis desidero.Chre.sed ipsum foras egressum video.ibo alloquar.Menedeme salue nunciū apporto tibi:cuius maxime te fieri participē cupis.Mened.nū quid nam de gnato meo audisti Chreme? Chre.Valet atq̃ viuit.Mene.vbinam est queso.Chre.hic apud me domi.Mene.meus gnatus.Chre.sic est.Mene.venit Chre.certe.Me.clinia meus venit.Chre.dixi.Me.eamus duc me ad eū obsecro.Chr.nō vult te scire se rediȷ̄sse etiam tuū conspectū fugitat propter peccatū.tū hoc timet ne tua duritia illa ātiqua etiā adaucta sit.Men.non tu ei dixisti vt essem? Chr.non.Me.q̄obrem chreme.Chre.q̄ pessime istuc in te atq̃ in illum consulis: si te tam leni ꝛ victo aīo esse ostenderis.Me.non possum satis iā satis durus pater fui.Chre.Ah vehemēs in vtramq̃ partem menedeme es nimis aut largitate nimia aut parsimonia in eādē fraudē ex hac re atq̃ ex illa incides.primū olim potius q̄ patere filium commeare ad mulierculam que paululo tum erat contenta cuiq̃ erant grata omnia perterruisti.hinc ea coacta ingratis post illa cepit victū vulgo q̄rere nūc cū sine magno detrimēto nō pōt haberi q̄duis dare cupis.nā vt tu scias q̄ ea nūc īstructa pulchre ad ꝑniciē fiet:primū iā ancillas secū adduxit plus decē oneratas veste atq̃ auro.Satrapes si fiet amator nunq̄ sufferre eius sumptus queat nedū tu possis.Me.est ne ea int⁹.Chr. Sit rogas sensi.nā ei vnam cenā atq̃ eius comitibus

Ita ne ⁊c. Ut tranquilitas rerũ omniũ habeatur reliquũ est vt filius clitipho verbis patris perterritus in viã redeat ac vxorẽ ducat. Relatu autẽ menedemi se a patre esse abdicatuz putat: ⁊ sic inquit Cli. o menedeme queso tandẽ. hec particula habet aliquid vrgens ⁊ accelerans. q. d. paucis respõde acsi essent vltima verba ne me longis exorsis detineo: ne. i. vtrũ est ita vt pater eiecerit oẽm animum patris. i. omnẽ beneuolentiã paternam de me. i. a me. q. d. est ita qđ pater auerterit a me suã beneuolẽtiã in tam breui spacio. i. in tã paruo tẽpore ob quodnã facinus. i. propter quod factum malũ ita auertit beneuolẽtiam a me vt me abdicaret. i. priuaret hereditate: quid tantum sceleris. i. quod tam graue scelus ego miser. i. infelix admisi. i. cõmisi feci. iuuenes sup. mihi equales faciunt vulgo. i. vtplurimum passim id quod feci sup. ⁊ ita se tutatur alieno exẽplo. Nã qđ exẽplo fit id etiã iure fieri putant: vt ait Cice. in epistolis. Menede. Scio hoc quod fecit pater esse multo grauiꝰ. i. molestiꝰ ⁊ duriꝰ. i. asperiꝰ acerbiꝰ tibi clitiphoni: cui. s. tibi fit illud qm̃ id te ppius tangit siue tua magis refert verũ. i. sed ego patior. i. fero. id qđ feci tibi pater: haud. i. nõ minus egre. i. non minus moleste: siue non minus difficulter q̃ tu. s. ego inq̃ qui nescio id ppter quod fecit: et que non capio. i. non intelligo rationẽ. i. modum faciendi aut occasionẽ seu non capio rationem aliã ferendi moleste nisi q̃ bene volo tibi. i. opto tibi multa bona. ⁊ quidẽ ex animo. i. non ficte. clitipho. aiebas. i. dicebas patrem meum astare. i. prope esse. Men. Eccum. i. ecce hic eũ. s. Chre. o Clitipho fili quid. i. cur incusas me. i. mores meos ⁊ meũ faciendi modum reprehendis. nã vt vult Laurentius incusare est mores alicuius reprehendere quicquid huius. i. quicqđ huiꝰ rei: nam hic huius est neutri generis feci. i. effeci prospexi. i. consului prouidi tibi ⁊ tue stultitie. i. inconsiderationi vbi. i. postq̃ vidi te esse animo omisso. i. negligenti hoc est, cũ vidi te habere aim negligentem ⁊ omittentẽ facere que debebas ⁊ vbi vidi te habere. i. reputare prima. i. precipua ⁊ in primo loco ea supple q̃ essent suauia. i. dulcia tibi in presentia. i. in tpe pñti. s. voluptates que lz in presentia sint suaues semp tñ secum iunctam habẽt penam: ⁊ vbi vidi te nõ consulere. i. prouidere in longitudinẽ. i. in tps futurũ longe cepi rationem. i. iniui viam inueni modum vt. i. q neq; tu egeres. i. indigeres necessarijs: ⁊ vt non posses perdere. i. dilapidare alienare hec. i. mea bona quibus te priuaui seu abdicaui. vbi. i. postq̃ vel qñ primo. i. in principio non licuit mihi per te. i. tu me permisisti tuis moribꝰ obsistentibꝰ vel tui mores nõ postularũt me dare tibi bona mea. s. cui sed tibi decuit. i. iustũ fuit me dare. s. bona mea q2 iure debebas mihi succedere nisi obstitissent mores abij. i. me conuerti ad primos tibi puta ad sororẽ ⁊ futurũ eiꝰ maritũ q̇ erãt. i. qui extabant: ⁊ hoc dicit ppter filiã que extabat adhuc quã tñ parentes putabãt nõ viuere seu nõ extare si cõmisi. i. cõmendaui fidei ⁊ credidi. i. cũ fiducia tradidi bona mea. s. eis primis tuis ibi. i. apud eos primos. O clitipho presidiũ. i. adiumentũ: ptectio puisio quedã ⁊ quasi pfugiũ tue stultitie semp erit illic vt dictũ est apud eos ostendit deinde qđ sit illud presidiũ stultitie. s. victꝰ. i. alimonia ad vitã sustentẽdã ⁊ vestitus. i. cultus siue ornatus ad tegendũ corpus: quo. i. vel vt vel in quẽ locũ receptes te. i. frequenter recipias seu vt dicũt retrahas te in tectũ. i. in domiciliũ ⁊ quasi hospitiũ. Cliti. Hei mihi. i. dolor mihi inest. Chre. Satius est. i. melius est me. s. disposuisse ita de meis bonis q̃ Bacchidem possidere hec bona teipso herede. i. si tu esses heres. nã oĩa illi esses daturus. Syr. disperij. i. vario modo sum deperditꝰ quãtas turbas. i. quantas turbationes ego scelestꝰ. i. malꝰ cõsciui. i. cõcitaui cõmoui insciẽs. i. p imprudẽtiã. Dicit autẽ cõsciui a cõcieo es. secunde inflexionis vel cõcio is. quarte q̃ ambo idẽ signant. Cli. cupio emori. i. mori ⁊ nihil addit ad significationẽ. Chre. queso. i obsecro priꝰ disce q̇d sit viuere cũ ratiõe. s. ⁊ virtute vbi. i. postq̃ scies q̇d sit viuere ii vita. i. modꝰ tuus viuẽdi displicebit tibi vitior istoc: ista re quã tibi reliqt. s. victu ⁊ vestitu ⁊ tecto apud sororem. Syr. o here. i. tu dñe ne. i. vtrũ lz. i. permittit mihi a te loq̇ sup. Chre. loquere. Sy. at. i. sed lz ne loq̇ tuto. i. sine piculo. Chre. loquere. Sy. que. i. qualis ista. i. tua prauitas. i. distortũ iudicium. seu non rectum vel que est ista amentia. i. insania id obesse. i. quid obsit. i. noceat huic filio qđ ego syrus peccaui. i. admisi. Chr. ilicet. i. ire licet defectiuũ verbũ: ⁊ semper

finem rei demōstrat: sicut actū est sic aūt de consilio iudices dimittebantur cum preco prōnūciasset ilicet. hic ergo hoc verbo Chremes reijcit syrū qui se immiscere volebat vt a filio crimē depelleret dicēs. potes bene facere qm̄ innanū loqueris: iam em̄ actū est ꝛ conclamatū. nam efficere nō poteris vt filius nō sit abdicatus ne admisce te. i. noli te interponere in hoc negotio mihi cum filio cōmuni: nec pararis pro parauceris. i. noli parare tibi aram super quā preces fundantur sicut fundūtur deo super aras neqꝫ pares tibi precatorē. i. deprecatorē pro te seu intercessorē qui te eripiat a penis qm̄ nullis precibus sum locū relicturus. Uel dicit nō est opus vt queras deprecatorē qm̄ nihil tibi dico: sed abscedo omnia relinquēs.

queso dice quid sit viuere. Ubi scies: si displicebit vita: tum istoc vitior. Syr. here licet ne. Chre. loquere. Syr. an tuto. Chre. loquere. Sy. que ista est prauitas: queue amentia est quod peccaui ego id obesse huic. Chre. Ilicet ne te admisce nemo accusat syre te: nec tu aram tibi neqꝫ peccatorē parauceris. Syr. quid ais? Chrem. nihil succenseo nec tibi nec huic nec vos est equum qd facio mihi. Syr. abijt rogasse vellē. Cli. quid. Syr. vñ mihi peterem cibū ita nos alienauit tibi iam esse ad sororē intelligo. Clit. adeon rem redijsse vt periculū etiam fame mihi sit syre. Syr. modo liceat viuere. est spes. Cli. que. Syrus. nos esurituros satis. Cliti. irrides in re tāta: neqꝫ me quicꝙ consilio adiuuas. Syr. immo et tibi nūc sum ꝛ vsqꝫ dudū id egi dum loquitur pater: ꝛ quātum ego intelligere possum. Clitip. quid. Syr. Non aberit longius. Clitip. quid hic ergo. Syrus. sic est nō esse horū te arbitror. Clitip. quid istuc syre satin sanus es. Syrus. ego dicam quod mihi in mente est tu dijudica. Dum istis fuistis solus: dum nulla alia delectatio que propior esset: tibi indulgebāt dabāt tibi nūc filia postꝙ vera inuenta est: inuenta est causa qua te expellerem. Clitipho. est verisimile. Syrus. an tu hoc peccatum ob esse illum iratum putas. Cliti. non arbitror. Syrus. nunc aliud specta matres omnes filijs in peccato adiutrices ꝛ auxilio in paterna iniuria solent esse: id nō fit. Clitipho. verū dicis: quid ergo nūc faciā syre? Syrus suspitionē istā ex his querere profer palā si nō est verū: ad misericordiā ambos adduces cito: aut scibis cuius scis. Clitipho. recte suades. Faciā. Syrus. sat recte hoc mihi in mentē venit. Nāqꝫ adulescens ꝙ in minima spe situs erit: tam facillime patris pacē in

Sy. quid ais? Chre. nihil. i. non vel in nullo succenseo. i. irascor (ꝙuis tn̄ lesus sim) nec tibi nec huic clitiphoni nec est equū. i. iustū vos increpare siue dare vitio mihi id qd facio vel nō est equū vos facere mihi qd facio mihi. Sy. Chremes abijt. i. discessit relinquens omnia sua bona sorori tue vellē rogasse. i. interrogasse eum. s. Clitiphonem quid velles rogasse. Sy. velle interrogasse eum vnde. i. a quo peterem mihi cibū. i. quis mihi esset cibū suppeditaturus cum tu solus habeas victū ꝛ vestitū ꝛ tectū apud sororē. ita. i. eo modo dādo omnia sorori alienauit nos. i. me tibi hoc est a te. nam non reliquit vnde posses me sustentare. iam intelligo me esse alienatū sup. vel translatū ad sororē que oim bonorū ita est heres effecta. nam serui alienabantur sicut et res cetere. Cliti. adeon. i. est ne verum rem adeo redijsse. i. rem et fortunā meā redactam esse in eum statum vt o syre etiam periculū fame pro famis sit mihi. Antiqui declinabāt fames ei. ꝓm quintā inflexionem: nos aūt fames is. ꝓm tertiam. super vetustissimū gtm̄ singularem quinte interdū terminabāt in es: vt Uerg. libra dies sumnuqꝫ pares. dies pro diei posuit Uergi. interdū in e: vt facies gtō facies facie vel faciei. item et facij. Cesar em̄ in libro de analogia. huius die et huius specie dicendū putat. posset tamen hic esse abltūs tertie ita astruendo vt periculum sit mihi fame. i. per famē vel de fame seu esurie ꝛ inedia. Sy. modo. i. dūmodo liceat. i. permittatur nos viuere. i. ꝙ nos viuamus est spes. i. remanet aliqua expectatio. Clitip. que spes est reliqua. Syr. spes est nos esse satis esurituros. i. ꝙ nos satis esuriemus. Clitip. irrides in tanta re neqꝫ adiuuas me quicꝙ. i. in aliquo seu aliquātulū cōsilio. i. per consilium? Sy. immo. i. sed ꝛ nunc sum tibi tanꝙ paratus te adiuuare ꝛ vsqꝫ. i. assidue dudū. i. pauloante egi. i. effici vt te iuuarē cōsilio: dum. i. ꝙdiu pater loquitur. i. facit sermonē tecū ꝛ ꝙtum ego possum intelligere. Deinde interrupit sermonem Clitipho dicens. Cli. quid vis dicere. s. quia dixisti ꝙ ꝙtū tu potes intelligere. Sy. perficit quod dicere inceperat: pater non aberit. i. non absens erit longius. i. diutius vel minus longe. q. d. pater qui simulauit se abscedere ꝛ relinquere proximus sua omnia nō erit absens diu. hec enim fictio est vt depellaris a domo paterna. Cli. ergo si non vere pater discesserit quid est propter quod id facit. s. Sy. sic est. i. ita se res habet vt sum dicturus: arbitror te non esse filium sup. horum. i. Chremetis et Sostrate. Clit. O syre quid. i. cur dicis sup. istud satin. i. satis ne es sanus. i. mentis compos? Syrus: ego dicam id quod est mihi in mente tu dijudica. i. volue apud te ꝛ cōsidera an verū sit qd dicam dum. i. ꝙdiu fuisti solus. i. vnicus. istis. scꝫ patri ꝛ matri dum. i. ꝙdiu nulla alia fuit delectatio illis que delectatio esset propior. i. ꝓpinquior ꝙ delectatio quā de te capiebāt indulgebant. i. fauebāt ꝛ faciles erāt tibi promittētes multa que volebas dabant. i. dona faciebāt tibi nūc postꝙ: filia est inuenta vera causa. i. occasio est inuēta qua vcꝫ causa expellerent. i. eijcerent te. Cliti. id qd dicis est verisimile. i. probabile ꝛ imaginē quandā habet veritatis. Syrus. an putas illū patrē esse iratū tibi ob pctm̄ hoc vcꝫ ꝙ Bacchidē sciuit te amare. Clit. non arbitror eum esse ob iratū. Sy. nūc specta. i. cōsidera animaduerte aliud oēs matres solent esse adiutrices filijs suis in pctō. i. cū filij errauerūt: ipse inꝙ matres solent esse auxilio. i. solēt prebere auxiliū filijs in iniuria paterna. i. quādo pater est iniurius: ꝛ nō cum equitate agit in filios id non fit. i. nūc tu vides ꝙ mater nō est sibi adiutrix. Clit. dicis verū prius autē dicebat eum dixisse aliquid verisimile. O syre ergo cum ita expellar quid faciā? Sy. quere ex illis. i. percunctare ab illis parentibus istā suspitionē. i. istam opinionē que turbat tuā mentē vcꝫ an sis eorū filius necne profer palam. i. dic illis plane rem totā. vt est. i. in tuam suspitionē ꝛ quare adductus sis in eam opinionē si non est verū. i. si falso suspicaris te non esse filiū eorum cito adduces ambo parētes ad misericordiā. i. vt misereantur tui: aut si est verū te non esse eorum filium: scibis pro scies antique cuius sis filius scꝫ eorꝫ relatu. Cli. suades. i. cōsulis recte faciā qd suades. Syr. hoc venit mihi in mentē satis recte cōmendat suā inuentionē nāqꝫ adulescēs. i. iuuenis. inꝙ. i. quantū minima spe erit situs. i.

leges cōficiet suas. Etiā haud sciam an ne vxorem d[...] cat. at. Syro nihil gratie. Quid hoc autē est? senex [...] foras ego fugio ob hoc (qđ factū est) miror non iussi[...] ilico arripi me; hinc nūc ad menedemū pergam: e[...] precatorem mihi paro. Seni nostro fidei nihil habe[...]

Sostrata. Chremes.

In hac scena exprimitur quasi imago dissidij inter virum [...] rem qui natura morosi sunt ac difficiles. Chremes enim Sostra[...] vxorē mordacibus impetit obiurgatiuncnlis ꝛ salibus haud ill[...] dis in cuius mores filij occasione inuehunt.

Profecto nisi caues tu homo aliquid gna[...] conficies mali: idq̧ adeo miror quomod[...] tam ineptum quicq̄ tibi venire in mente[...] mi vir potuerit. Chre. Oh pergin mulie[...] esse nullam ne ego rem vnq̄ in vita mea volui quin [...] in ea re mihi aduersatrix fueris. Sostra. at si rogitem [...] iam quid est quod peccem: aut q̄obrem id faciam ne[...] scias. in qua re nunc tam confidenter restas stulta. So[...] stra. nescio. Chre. Immo scis potius: q̄ quidem redea[...] ad integrum eadem oratio. Sostra. ohe iniquus es [...] qui me tacere de re tanta postules. Chremes. Non po[...] stulo iam loquere nihilominus ego hoc faciam tamē. Sostra. facies. Chre. Verum. Sostra. Non vides quan[...] tum mali ex ea re exites: subditum se suspicatur. Chre. Subditum: ain tu. Sostra. certe inq̄ mi vir. Chre. Con[...] fitere tuum nō esse. Sostra. ah obsecro te istuc nostris inimicis siet ego ne cōfitear meum non esse filium qui sit meus. Chremes quid metuis (nonne cum velis) conuincas esse illum tuum. Sostra. q̄ filia est inuen[...] ta? Chremes non sed quo magis credendum siet id q[...] est consimilis tuis moribus: conuinces facile ex te na[...] tum: nam tui similis est probe. Nam illi nihil vitij e[...]

collocatus cōstitutus: nam hic inflectitur situs ta. tum. i. situatus ta. tum tam. i. tantū facillime conficiet pacē patris [...] inibit pacē cum patre in suas leges. i. ꝑm eas leges et conditiones quas dare patri voluerit in ea pace ineunda. Nam cum pax inter aliquos cōficitur lex aliqua aut cōditio in ea faciēda solet allegari. i. adhiberi: sensus ergo illius o[ratio]nis est filius componet pacem cum patre pro suo arbitrio ꝛ ꝑm eas leges aut cōditiones pacis quas voluerit. Etiā haud. i. non scio: an ne. i. vtrū ipse Chremes discedēs ꝛ patriā relinquens ducat vxorē secum. s. Sostratā. At. i. sed nihil gratie. i. iocunditatis erit Syro scȝ mihi. i. tu Clitipho ita tibi parentes recōsiliabis vt dico. Ego aūt nihil suȝ gratie apud illos habiturus hoc est nullo modo illis potero gratus esse autē. i. sed q̄d hoc est vox hec timentis est. q. d. q̄d video senex. s. Chremes erit foras ego fugio miror enim senem non iussisse ilico me arripi. i. celeriter cōprehendi ob hoc factū. i. propter id qđ factū est nunc pergā hinc ad menedemum paro. i. dispono vel cōparo vel propono mihi eum precatorē. i. deprecatorem pro me intercessorē nihil fidei habeo seni nostro: id est patri tuo hoc est nullatenus cōfido Chremeti vel nō credo satis illi quicquid dicat. ¶ Ascēsius.

Illud. Ubi cui decuit primo sic intelligunt. Ubi. i. posteaq̄ nō licuit mihi per te. i. ꝑpter tuos mores dare tibi necessaria atq̧ quibus egeres tibi inq̄ cui primo. i. precipue decuit me dare vtpote filiosa. abij ad proximos ꝛc. ego vero potius dixero. Ubi nō licuit mihi dare tibi cui primo decuit per te. i. sine alterius intercessione abij ad ꝑximos ꝛc. Illud autē prius queso disce quid sit viuere ꝛc. sic intelligendū sane puto. Clitipho prius q̄ emori cupias disce quid sit viuere: viuere eñ dicitur qui virtutē ꝛ honestatē amplectitur. Nam improborum vita quasi mors est disce ergo quid sit viuere ꝛ vbi. i. postq̄ scies quid sit vita. i. modus ꝛ actus viuēdi: tum. i. tūc vtitor istoc quod dicis te cupere emori. q. d. si scires viuere nō cuperes mori. Neq̧ vero ꝑcedere videtur qđ cōmentariū habet. Nam si vita displicuerit: qui possit vti victu ꝛ vestitu ꝛc.

Profecto nisi ꝛc. Hic exprimitur quasi imago dissidij inter virū ꝛ vxorem qui natura morosi sunt difficiles. Sostra. O homo per cōtēptū et cum stomacho est pronunciandū non est dignata dicere o vir vel cōiunx profecto nisi tu caues. i. prouides cōficies. i. procurabis cōparabis aliquid maligna to. i. filio. i. Cliti. et adeo. i. valde miror quō o mi vir. i. mi cōiunx. nūc redit ad lenitatē discedēte paulatim indignatione quicq̄. i. aliquid tam ineptū. i. ab omnibus improbatū potuerit venire in mentē tibi. i. occurrere tue volūtati faciēdū. Chre. oh: interiectio indignantis ꝛ ridentis pergin. i. persequeris ne esse mulieris partes exercere ꝛ officiū que semper vult loqui et marito repugnare: ne. i. certe nullā reȝ volui vnq̄ in vita mea quin. i. q̄ nō tu Sostrata fueris aduersatrix. i. contraria mihi in ea re quā volebam. at. i. sed si iam. i. nunc rogitē. i. interrogem te quid est qđ. i. in quo peccem. i. errem aut q̄obrē. i. quare faciā id. i. ita sum acerbus filio nescias respondere. s. o stulta. i. imprudens in qua re nunc restas. i. resistis repugnas mihi tam cōfidenter. i. tam audacter ꝛ temere. nam fiducia sepius in bonū capitur. cōfidentia autē in malū. Sostra. nescio sic legendū est vt potius cōtrarium intelligatur. Chre immo. i. sed potius scis quidē. i. certe q̄. i. q̄tum eadem oratio redeat ad integrū. i. potius scis sepius easdē orationes inculcare ac petere: vt more muliebri semper habeas verba in ore: ac semꝑ loquaris: cum eñ idē sermo repetitur iterū ad integrū redit. nam reintegratur qđ prius prolatū erat: ꝑpterea tūc eadē oratio redire ad integrū d[icitur]. Sost. ohe indignātis est tu es iniquus. i. nō equitatis rationē habes qui postules. i. velis me tacere de tāta re. s. de periculo filij. Chre. nō postulo. i. nō peto vt taceas iam loquere quantū voles nihilominus tamen ego faciā hoc qđ institui. So. facies indignabūda repetit verbū. Chre. verū. i. sed faciā vel verū. i. certe faciā vel si esset nomē ita intelligeret verū dico sup. vel verū erit q̄ faciā institutū. Sost. nō vides. i. nō cōsideras quantū mali excites. i. moueas ex ea re quā moris illū abdicādo simulate ipse filius suspicatur. i. putat se esse subditū. i. non verū filiū: sed tm̄ suppositū seu subditiciū vt faciūt mulieres que parere nō possunt ꝛ vt placeāt maritis se grauidas fingūt ꝛ aliquarū inopum mulierum filios supponūt ac pro suis edūt. Iune. Trāseo suppositos. Chre. suspicatur inq̄ se subditū ain tu. i. dicis ne Sost. o mi vir. cōiunx certe inq̄. i. dico q̄ suspicatur se subditū. Chre. cōfitere. i. dic eum nō esse tuū filiū. s. Sost. ah interiectio dolentis obsecro te modus blandiētis ꝛ misericordiā mouētis. istud. s. negare filiū propriū sit inimicis nostris imꝑcatio est. q. hoc malū apud nos nō habeat locū: sed trāsferatur potius ad inimicos quibus ab inimicis oīa mala desiderātur ne egoꝑ trū confitear eum nō esse filiū meū qui sit meus filius. Chre. quid metuis. i. quid times cōfiteri eum non esse filium

metnis inq̃ ne non.i.qđ non cōuincas.i.possis probare illū esse tuum filium cum velis? Sost.vis sup. me nō metuer e
cōfiteri eum nō esse filiū eo ꝙ filia est inuēta:⁊ ita sine herede nō sim futura. Chre.non.i. non eam dico sed dico quo.i.
vt id.i.eum esse tuū sit magis credendū coꝫ ꝙ ipse est cōsimilis.i.cōueniens tuis moribus facile cōuinces eum esse na=
tum ex te.nam ipse est similis tui probe.i.recte dicimus similis tui cum gtō cum morū similitudinē aut doctrine ostē=
dimus sed dicimus similis tibi cum dtō cum qualitatem similē ostendere laboramus nam nihil vitij.i.mali moris est

relictum quin itidem sit tibi. Tum preterea talem nul la(nisi tu)pareret filiū. Sed ipse egreditur ꝙ seuerus rem cum videas censeas.

Clitipho. Sostrata. Chremes.

☞ In hac scena Clitipho matrē adhuc sollicitiorem reddit: quum tam petat obnixe vt sibi parentes cōmonstret. Ex qua re profecto facilius ad tranquillitatem omniū rerū peruenietur. Sostrata Clitiphonem suum Chremetisq; esse cōfirmat. Chremes ipsum contumeliose obiurgat: ac trepidum pudentēq; vel matre coram reddit.
¶ Additio pro declaratione dicti Chremetis Gerro: id est nugator iners ignauus. fraus. fraudulentus helluo vorax ganeo meretricarius damnosus. Hoc postremo posuit qđ ipsum magis vrget vt potę decem mine Bacchidi date per Syri dolum.

SI vnq̃ vllum fuerit tēpus: mater: cum ego voluptati tibi fuerim dictus fili⁹ tuus tua voluntate: obsecro eius vt memineris atq; inopis te nunc miserescat mei: quod peto et volo parentes meos vt demonstres mihi. Sostrata. obsecro te mi gnate. ne istuc in animū inducas tuum alienum te esse. Clitipho. Sum. Sostrata. miserā me hoccine quesisti obsecro. ita mihi atq; huic sis superstes: vt ex me atq; hoc natus es et caue posthac: si me amas: vnq̃ istud verbū ex te audiam. Chremes at ego: si me metuis mores caue in te esse istos sentiā. Clitip. Quos? Chre. Quos si scire vis ego dicam gerro iners fraus helluo ganeo damnosus mihi crede ⁊ nostrum te esse credito. Clitipho. Non sunt hec parentis dicta. Chremes nō (si ex capite sis meo natus) itidē vti aiunt mineruā esse ex ioue: ea causa magis patiar. Clitipho. flagitijs tuis me infantē fieri. Sostrata. dij istec prohibeant. Chremes deos nescio. Ego: qđ potero: enitar sedulo. queris: id qđ habes parētes: qđ abest: nō queris patri quō obsequare. et vt serues qđ labore inuenerit. Nō mihi per fallacias adducere ante oculos. Pudet dicere hac presente verbū turpe: at id te nullo modo piguit facere. Clit. Hem ꝙ ego nūc totus displicco mihi ꝙ pudet? neq; qđ principiū incipiā ad placandū scio.

relictū a te parēte illi quin.i. ꝙ non itidē.i. simul sit tibi tum.i. deinde ꝑterea.i. preter ea que dicta sunt nulla mulier pareret filium talē.i. taliū moꝝ nisi tu. Sed ipse clitipho egreditur.i.exit ꝙ.id est q̃tum seuerus.i.pre se ferens probitatē ⁊ morum grauitatem cum videas rem.i.rei veritatē: cognoscas, censeas.i.tunc iudices de eius moribus quales sint.nam longe alius est reipsa ꝙ vultu pre se ferat: nam frontis nulla fides.

SI vnq̃ vllum ⁊c. Hic filius magis reddit sollicitā matrē poscens sibi parentes monstrari: quare facilius ad rerum omniū tranquillitatē peruenitur. Cliti. o mater si vnq̃ vllum tēpus fuit cū. id est in quo ego dictus.i. appellatus fili⁹ tuus tua volūtate.i. te volēte me dici filiū veluti me supposueris: fui tibi voluptati.i.fui tibi letitie ⁊ delectationi cum audires me vocari filium tuū obsecro: vt.i. ꝙ memineris.i. recorderis eius tēporis atq; nunc te miserescat.i.te misereat mei inopis.i.mei qui sum inops ⁊ infelix ac miser habemus miseret miserebat et miserescit ⁊ miserescebat in eadē significatione suntq; eiusdē nature: habem⁹ etiā personale miseresco is. Uer. his lachrymis vitam damus ⁊ miserescimus vltro vt.i.ita ꝙ demōstres mihi parētes meos qđ.s.demōstrare mihi parētes peto.i. precario posco ⁊ volo.i.cupio. Sostr. O mi gnate obsecro ne.i. qđ nō inducas in tuū animū: id est non tibi psuadeas istud vcꝫ te esse alienū.i. suppositū ⁊ nō propriū filiū. Cli. sum alien⁹. Sost. me miserā per exclamationē pre dolore dicit.q.d. dico vel verū est me miseram esse qđ dictū interiectionis vice fungitur: obsecro hoccine.i. vtrū hoc quesisti.i. vtrū hoc inuenisti excogitasti seu somniasti: vt dici solet: vt mihi dolorem incuteres vel q̄sisti hoc.i. inuestigasti ⁊ interrogasti hoc ab aliquibus esses ne filius ꝓprius nō suppositus: deinde cōfirmat eum esse filium modo iurādi antiquo parētū ita.i.eo modo sis superstes.i. superuiuens (vt ita dicā) mihi atq; huic patri. vt.i. sicut natus es ex me matre atq; hoc Chremete patre et posthac.i. in posterū caue.i. fuge (si me amas) ne sup. audiam vnq̃ ex te istud verbū: istud per contemptū dixit. Ubi animaduerte idem prorsus dicit per hec duo dicta caue audiā et caue ne audiā vt idē dicitur ꝑcaue cadas ⁊ caue ne cadas. Chre. at.i.si metuis.i. times me caue ne sup. ego sentiā: id est percipiā istos.q.d. perditos ac malos mores esse in te. Cliti. quos mores.s. dicis esse in me seu me cauere ne sint in me. Chre. si vis scire illos mores ego dicā caue ne sis gerro.i. nugator. vt Seruius inquit a gerēdo. Unde nugigerul⁹ dicimus qđ nugas gerit. Uel vt Nonius ⁊ Festus a gerris: nam gerre sunt nuge ineptie. et contēptus sic dicte: vt fest⁹ refert ꝙ cū atheniēses Syracusas obsiderent ⁊ crebro ceras poscerēt irridētes siculi gerras clamitabāt: que gerre prius dicebātur vt idē Festus ait: crates viminee ꝓpter tū illā irrisionē siculorū factū est vt gerre pro nugis ⁊ contēptu dicātur. A gerro noīe fit cōpositū cōgerro nis. vel vt alij etiā dicunt cōgerrius qđ significat eū qui cum alio gerrone easdem exercet nugas: caue sis iners.i. ociosus ignauus sine arte ⁊ industria viuēdi: vt vult Ser. caue. sis fraus.i. fraudulosus seu fraudulētus noxa.i. culpa ⁊ quasi quedā preparatio pene: seu culpabilis. nam vt inqt Ulpia. Fraus est ipsa interdū etiā pro pena capit in iure: vt ait Seruius. Itē ⁊ fraus ꝓ periculo poni inuenitur, vt erit illa res fraudi.i. periculo hec Seruius. ponitur aūt hic fraus pro frauduloso: vt alibi scelus pro scelerato caue sis helluo.i. vorator insatiabilis inqt Seruius seu immoderate bona sua cōsumēs: inqt Fest⁹. Inde helluor: heluaris.i. effundere bona sua luxuriose ac immoderate. caue sis ganeo.i. lasciuus meretricū secutor ac freqūtator: nam ganeū ganeivt inqt Festus antiqui dixerunt locū abditū ac velut sub terra: ꝓpterea meretricū tabernā ipsi antiqui ganeū vocarūt ꝙ in terra sit abdita: vnde vt ait Nonius ganeones dicti sunt a ganeis sicut popiniones a popinis que sunt loca vinolēta ac libidini apta: caue sis dānosus.i. dāni q̄q; tuis parētibus afferēs vt iam fecisti extorquēdo a me per seruū decē minas bacchidi, Crede meis ꝑceptis, s. ⁊ credito te esse nostrū filiū, s.q.d, tātisper te meū dici

volo dum quod ⁊ dignũ est facias ⁊ meis preceptis te accõmodes. Cli. hec. i. talia verba nõ sunt dicta parẽtis. i. non so=
lent ꝓcedere a vero patre. q. d. male tuis verbis ostẽdis te esse mihi patrẽ: nã verus pater nunq̃ tales infert contume=
lias filio. Chre. O cliti. ego nõ magis patiar me fieri infamẽ. i. infamatũ ignominiosum male fame tuis flagitijs. i. ꝓ=
pter tua scelera flagitione digna ea cã. i. ꝓpter eã causam: q: sis filius meus etiam si natus sis ex meo capite. Itẽ. i. si=
militer vt. i. sicut aiũt. scz poete minervã. i. palladẽ esse natã ex ioue. i. ex capite iouis: minerua dr dea ingenij ⁊ artium
inuẽtrix. Itẽ ponitur pro ipso ingenio ⁊ aliquan
do pro natura. Sostr. dij prohibeant. i. impediant
istec videlicet quominus fias inuasis propter fi=
lij flagitia Chre. nescio deos modus loquẽdi ira=
torum precipue qui dei cogitationem non habẽt.
ego enitar. i. conabor sedulo. i. instanter vehemẽ=
ter attente ne fiam infamis quod. s. eniti sedulo
potero facere sup. vel quoad. i. inquantum pote=
ro tu queris. id quod habes videlicet parẽtis pro
parentes. non queris id quod abest tibi videlicet
quomodo obsequare. i. cõplaceas patri ⁊ nõ que=
ris vt. i. qualiter serues id boni. s. q̄ pater tuus. s.
ego inuenerit. i. acquisierit labore. i. sudore corpo
ris sui. non erubuisti sup. adducere mihi bacchi=
dẽ. scz: sz tacuit corã matre. ante oculos. i. ante cõ
spectum meũ. per fallacias. i. per astutias dicẽdo
eam esse amicã clinie. et fecit aposiopesim ꝓpter
id qñ subdit pudet me: scz. i. pudore afficior dice=
re verbum. i. vocabulũ turpe vtputa te adduxisse
meretricem vel aliquid tale hac presente. i. in pre
sentia matris sue. et. s. sed nullo modo te piguit.
i. non fuit tibi molestũ sine nõ dubitasti facere id
quod turpe fuit. Clit. heu interiectio dolẽtis q̃z. i.
quãtũ ego nunc totus displiceo mihi q̃z. i. q̃ztum
me pudet id fecisse: neq̃z scio quod principiũ in=
cipiam ad placidũ. i. leniẽdũ mitigandũ patrem.

Enimuero ⁊c. Hic interuenit ꝑsona cu=
ius gratia pax cõciliatur ita vt omnia
trãquilla sint ⁊ cõposita ꝓut comedie
finis postulat. Me. primo hoc loquitur
Menedemus solus apud se. Enimue=
ro. i. certe chr. cruciat. i. vexat verbis. s. cõtumelio=
sis nimis grauiter. i. nimis acerbe adulescentulũ
videlicet clitiphonẽ: et cruciat eum nimis inhu=
mane. i. crudeliter seu ferociter: ergo cum ita sit ex
eo. i. egredior ad eos vel conciliem. i. componã pa
cem video ipsos optime. i. oportune. Chre. Ehem
interiectio percipientis cum quem volebat o me
nedeme cur nõ iubes filiã meã accersi. i. aduoca=
ri vt sit tibi nurus: accersitur proprie vxor dum ad
virũ ducit̃ ⁊ cur inq̃z non firmas. i. non cõfirmas
ratificas vt aiunt id dotis. i. eã dotẽ q̃z dixi. i. desti
naui filie. Sost. putat Sostrata id qd erat fictum
esse verum: timebatq̃z ne pater penitus exhereda

Menedem⁹. Chremes. Sostrata. Clitipho.

In hac vltima scena interuẽtu Menedemi grata pax post tãtas
turbationes conciliatur: ita vt oĩa ad trãquilitatẽ tandẽ ad incũdã
compositionem redigantur: quẽadmodũ comedie finis expostulat.
Proindeq̃z Clitiphoni quoq̃z pro libito Archonidis filia collocat̃.
Postremo Syrus ab hero veniam adipiscitur.

Enimuero chremes nimis grauiter crucia(t)
adulescentulum. nimisq̃z inhumane ex eo (e)
go: vt pacem conciliem optime ipsos video.
Chremes. Ehem menedeme cur non accersi
iubes filiã: ⁊ quod dotis dixi firmas? Sostrata. mi vir
obsecro te ne facias. Clitipho. pater obsecro: vt mihi
ignoscas. Menedem⁹. Da veniã chreme sine te exorẽ.
Chremes. Ego ne mea bona vt dem Bacchidi dono
sciẽs. Nõ faciam. Mene. ad id nos sinem⁹. Clitip. Si
me viuũ vis pater ignosce. Sostra. age chremes. Me.
age queso ne tã obfirma te chre. Chre. Quid istud? vi=
deo nõ licere mihi (vt ceperã) hoc pertendere. Me. fa=
cis vt te decet. Chremes. Ea lege. hoc adeo faciam si id
faciat quod ego hũc equũ censeo. Clitipho. Pater oĩa
faciã. Impera. Chre. vxorẽ vt ducas. Clit. pater. Chr. Ni=
hil audio. Me. ad me recipio. faciet. Chre. Nihil etiã
audio. Audio ipsum. Cliti. Perij. Sostra. An dubitas
clitipho. Chr. Immo vtrum vult. Mene. faciet omnia.
Sostra. hec dum incipias grauia sunt: dũq̃z ignores:
vbi cognoris: facilia. Cliti. Faciam pater. Sostra. gna=
te mi ego pol tibi dabo puellam lepidã: qua tu facile

ret filiũ oĩa tribuẽs filie. o mi vir obsecro te ne facias id. q. d. ne des oĩa filie. Cliti. pater obsecro vt ignoscas mihi Me=
ne. o chre. da veniã. i. parce illi sine. i. permitte q̄ exorẽ te. i. tibi persuadeã vt ei ignoscas Chre. ne. i. vtrum petis sup. vt
ego dem dono bacchidi mea bona ⁊ quidẽ sciens. i. non satis per imprudentiã non faciã. i. non dabo sciens illi bona.
Me. at. i. sed nõ sinem⁹. i. nõ impediemus ne dentur bacchidi. Cliti. o pater ignosce si vis me viuũ. i. si cupis vt viuam.
Sost. o chre. age. i. fac quod petit̃. age sit aduerbiũ hortantis. q. d. age ignosce ei. Mene. o chre. queso age. i. fac quod pe=
titur. s. ignosce illi. ne obfirma tã. i. tantũ te. i. noli te tam obstinatũ ostendere. Ille enim dicit̃ se obfirmare in aliquo ꝓ=
posito qui obstinate ac pertinaciter in illo persenerat tanq̃z immobilis truncus. Chre. quid istud est. q. d. quid hoc sibi
vult video nõ licere mihi pertẽdere. i. perficere hoc. vt. i. sicut ceperã. i. inceperã. q. d. video me nõ posse perficere seu per=
gere in proposito qd instituer⁹: ⁊ dicit̃ pertendere hoc quasi tendere. i. progredi procedere per hoc propositũ. Mene. fa=
cis vt te decet facere. i. vt tibi honestũ est facere. Chre. adeo. i. certe faciã hoc. i. mutabo ꝯsiliũ ⁊ illi cognoscã: ea lege. i. ea
cõditione si faciat id quod ego censeo equũ esse. i. iustũ esse hunc clitiphonẽ facere sup. Clit. o pater faciã omnia impe=
ra. i. precipe mihi obsecuturo. Chre. censeo inq̃z vt ducas vxorẽ. Clit. o pater tantum hoc dicit verbũ non statim volens
dare respõsum tanq̃z prius deliberaturus chre. nihil audio ex eo bone respõsionis. Me. at. i. sed recipio in me. i. promit=
to quod dici solet in consciẽtia mea q̄ sup. faciet. i. vxorẽ ducet hoc dicendi genere in me recipio. sepius Cicero vtitur
in suis epistolis ⁊ precipue commendaticij vt cernere facile est. nemo enim negat recipere interdum sumi pro promit=
tere. Chre. etiam. q. d. adhuc nihil. i. non audio ipsum vel nihil audio ipsum respondentem. Cli. perij. i. perditus sum.
So an. i. vtrum o cliti. dubitas. i. non audes ducere vxorẽ. chre. immo. i. sed vtrũ vult ducere vxorẽ petere debes. Me.
faciet omnia que imperabis. So. hec. s. separare ad nuptias ducere vxorẽ ⁊c. sunt grauia. i. molestia difficilia dũ. i. q̃zdiu
incipias: ⁊ dũ. i. q̃zdiu ignores. i. sis ignar⁹ m̃rimonij. vbi. i. postq̃z cognoris. i. cognoueris q̄d sit: erũt hec oĩa facilia clit.
o pater faciam. i. ducam vxorem. So. o mi gnate pol iurantis est dabo tibi puellam lepidam. i. sermonem suauem. fe=
stiuam: quam tu facile ames. s. filiam phanocrate nostri aut amici aut vicini. clit. ne. i. vtrum dabis illam virginem ru=
fam. color rufus ⁊ ruber vt in Gellio habet̃ idem est dabis illam virginem cesiam: id est viridem et talis coloris qua=
lis est color celi: vnde Gellio attestante cesia dicitur species viridis coloris quasi celia quod talis sit color celi dabis vir=
ginem ore sparso. id est facie lata. vel etiam ipso ore lato: id est habentem nasum curuum o pater non possum ducere
eam: scilicet chre. Eya hortantis aduerbium. vt. i. quantum vel qualiter ipsa est elegans: id est apta formosa cõmendat

eam filio vt amet eam. Elegans hic refertur ad formam: sed sepius ad orationẽ et verba. Credas animũ esse ibi.i. in ea puella.i. credas ꝙ habet animũ et quidem prudentẽ vel credas.i. reputes animũ tuum esse ibi.i. in amore eius nam satis pulchra est que placet: vt dici vulgo solet nulli sunt amores deformes. Sost. dabo tibi aliã. Cli. quid istud est sup. ꝙ tantopere laboratur ad eligendã mihi vnã: quidem.i. certe quãdo.i. quia ꝛ qđ dicunt postꝙ vxor ducẽda est. egomet.i. ipse habeo.s. scio prope modũ.i. fere eam sup. quã volo ducere vxorẽ: ꝛ que est mihi cordi ꝛ ex animi sententia. Sostra. o gnate nunc laudo te. Cliti. habeo inꝙ filiã archonidis.i. illius vicini quam.s. volo. Sostra. perplacet.i. valde placet mihi vt tu ducas istã. Cli. O pater hoc vnũ.i. hoc solũ restat.i. reliquum est. Chre. Quid est qđ restat. Cli. volo. ꝙ ignoscas Syro seruo.i. remittas illi ea sup. q̃ facit mea causa.i. propter me. Chre. Fiat.i. ignoscat ei. Valete vos spectatores ꝛ plaudite.i. manus iũgite simul sic poete congratulantes. Ego calliopius.i. poete defensor recensui.i. recognoui hanc comediam ꝛ iudicij mei censuram adhibui vel vt alij volunt recitaui.

amces filiã phanocrate nostri. Clitip. Rufam ne illam virginẽ cesiam sparso ore: adunco naso? nõ possum pater. Chr. eya vt elegãs est? credas animũ ibi esse. Sost. aliam dabo. Cliti. quid istuc? quandoquidem ducẽda est: egomet habeo propemodum quam volo. Sostra. Nunc laudo te gnate. Clitip. Archonidis filiã. Sostr. pplacet. Cliti. pater hoc nunc restat. Chre. Quid. Cliti. Syro ignoscas volo que mea causa fecit. Chre. fiat.

¶ Valete ꝛ plaudite Calliopius recensui.

Finis Heautontimorumenos.

¶ Terentij adelphi.

¶ Acta ludis scenicis funebribus. L. emilij pauli. Q. fabio maximo. P. Cornelio affricano edilibus curru libus egere. L. Attilius prenestin⁹. Minutius posthumius. Modos fecit flacc⁹ Claudij Tibijs serranis facta greca Menãdri. L. Mitio. M. Cornelio cõsulib⁹.

¶ Adelphorum argumentum.

Duos quum haberet demea adulescentulos dat Mitioni fratri adoptãdum eschinum sed Ctesiphonem retinet. hunc citharistrie lepore captum sub duro ac tristi patre frater celauit eschinus: famamqꝫ amoris in se transferebat. Deniqꝫ fidicinã lenoni eripuit. Vitiauerat idem eschinus ciuẽ atticam pauperculam: fidemqꝫ dederat hanc sibi vxorem fore. Demea iurgare ꝛ grauiter ferre. Mox tamẽ vt veritas patefacta est: ducit eschinus a se vitiatam ciuẽ atticam virginem vxorem potitur Ctesipho citharistria: exorato suo patre duro Demea.

¶ Ascensius.

Illud Clitip. Pater. Chre. Nihil audio ꝛc. sic quoqꝫ intelligi potest vt Clitipho voluisset dixisse. Pater aliud quoduis oneris impone: vel da mihi spacium et mane tempus dum mea me victum doceat fortuna dolere aut simile quoduis verbum. Sed Chremes id veritus subiũgit. Nihil audio. hoc est nullã excusationẽ suscepturus sũ. Ideoqꝫ Menedemus ait. ad me recipio faciet? et ꝓpterea addit Chremes. Nihil etiã audio te sup. O Menedeme. sed audio ipsum Clitiphonem auscultans an promittet que postulo. aliter enim veniã daturus nõ erat. Illud vero. Eya vt elegãs est peramaram increpationem dictũ intelligo non quidẽ de filia sed de Clitiphone. vt sit. Eya. q. d. videte obsecro vt.i. ꝙtum elegans.i. curiosus ꝛ delitiosus sit filius meus credas animum eius.i. voluntatem esse ibi in re videlicet vxoria: vel in vxore ducẽda: quasi dicat difficilem se exhibet ne vxorem ducat. Atqꝫ ita dictio elegãs que vt docet Gellius apud maiores nostros in malã partẽ accipiebatur. hic quoqꝫ reprehẽsionẽ hꝫ nec multũ abhorret ab illo in Eunucho quã elegãs spectator formarũ siem.

¶ Adelphorum argumenti enarratio.

Hanc comediam adelphos vocant.i. fratres. Nam adelphos grece dicitur frater latine nec iniuria. Nam in ea continetur duos fuisse fratres: Demeam et Mitionem quorum alter mitio vitã elegit celibem: alter vero demeam duxit vxorẽ ex qua sustulit duos filios eschinum ꝛ Ctesiphonẽ e quibus eschinum adoptauit mitio. ꝛ delicate educauit. Alter autem a patre satis dure exercitatus est in opere rustico: qui tamen exarsit in quãdam citharistriam cuiusdã lenonis qua potiri suo nutu non poterat. Eschinus autem quandam ciuem atticam pauperie pressam stuprauit ea quidem lege vt eam esset ducturus in vxorẽ. Hic eschinus fratrem ꝙ maxime poterat celabat totiusqꝫ fratris amorem in se conuertebat: ne Demea pater durus in eum grauiter excandesceret vt erat pater satis acerbus fratri: itaqꝫ a lenone abstulit illam fidicinam quo ea liberius potiretur que vbi rescita sunt. Demea ira parcitus prius multas cõmonit cum fratre turbas. deinde ipso placato ꝛ Eschinus atticam puellam duxit vxorem: et Ctesipho fidicine habende licentiam est consecutus. Est autem hec comedia ex vtroqꝫ genere mixta videlicet statario et motorio vt satis liquido constabit. Ex greca autem menandri est translata in qua quidem spectatur quid intersit inter rusticam et vrbanam vitam: et inter asperam et celibem et inter vitam veri patris et per adoptionem facti.

Duos quum haberet ꝛc. Cum Demea haberet duos adulescentulos.i. duos iuuenes filios dat.i. concedit fratri suo mitioni eschinum filium adoptandum.i. assumendum in filium: sed retinet Ctesiphonem alterum filium suum. Frater Eschinus celauit.i. occultauit hunc Ctesiphonem captum.i. deceptum lepore id est festiuo sermone ꝛ allicienti seu etiam elegantia forme citharistrie.i. cuiusdam fidicine que cithara canere solebat et cum quidem celauit ita captum sub patre Demea. duro. id est aspero: ac tristi id est senero austero. et transferebat in se Eschinum famam amoris illius Citharistrie. Deniqꝫ eripuit fidicinam illam citharistriam. lenoni: id est puellarum venditori: idem Eschinus vitiauerat.i. stuprauerat ciuem atticam pauperculam: ꝛ dederat fidem: id est sancte promiserat hanc puellam fore.i. futuram esse vxorem sibi. Demea iurgare.i. obiurgabat mitionem fratrem Eschinum filium et ferre.i. ferebat grauiter.i. moleste ꝛ indignato animo. Tamen mox.i. statim vbi postꝙ veritas est patefacta.i. rescita ꝛ liquefacta Eschinus duxit vxorem.i. cepit in vxorem virginem ciuem atticam vitiatam.i. stupratam a se. Ctesipho potitur citharistria.i. habet citharistriam suo arbitrio prius Demea patre suo, duro, exorato.i. ꝑsuaso: inducto vt daret licentiam potiunde eius.

HEc fabula Adelphi palliata: vt ipsum indicat nomen ex plurali numero: cum sit vna ex masculino gene cum sit Comedia:⁊ greca lingua cum sit latina censetur. Potuit eam Teren. fratres dicere. Sed ⁊ greci no minis Ephoniam perderet:⁊ preterea togata videretur:ad summam non statim intelligeretur Menandri esse:quod Teren. lectorē scire cupit:minus existimans laudis propria scribere ꝙ̃ greca transferre. Est igitur Menandri:⁊ a facto fratrum quibus argumētum nititur:nomen accipit. Huius tota actio quum sit mix ex vtroq̃ genere vt fere Terētiane omnes preter Heautontimorumenon tamē maiori ex parte motoria est. Nam statarios locos perpaucos habet: prodest autē ⁊ delectat actu et stilo. In hac prime partes sunt vt quidam putāt Demee: vt quidam Syri:quod si est vt primas Syrus habeat. secūde Demee erunt:tertie Mitionis:⁊ sic deinceps ꝙ̃ꝙ̃ etiam sunt qui putant primas Mitioni dandas. scdas Syro. tertias Demee. Nam qđ ait Teren. senes qui primi venient: non ad partes quas dicimus:sed ad ordinem pertinet exeuntium personarum. Hec etiam vt cetera huiusmodi poemata quinq̃ actus habeat necesse est choris diuisos a grecis poetis:quos ⁊ si retinendi causa iam incōditi spectatoris minime distingunt latini, comici metuentes scꝫ ne quis fastidiosus finito actu velut admonitus abeundi relique comedie fiat contemptor et surgat: tamen a doctis veteribus discreti atq̃ disiuncti sunt vt mox aperiemus post argumenti narrationem. In hac prologus aliquāto lenior inducitur:qui magis etiam in se purgando ꝙ̃ in aduersarijs ledendis est occupatus. Prothesis est turbulenta. Epithasis clamosa. Catastrophe lenis quarum partium rationē diligentius in principio proposuimus cum de comedia quedam diceremus. Hec sane acta est ludis Scenicis funebribus. L. Emilij Pauli agentibus. L. ambiuio ⁊. L. Turpione qui cum suis gregibus etiam tum personati agebant. Modulata est autem tibijs dextris. i. ludis ob seriem grauitatē: qua fere in omnibus comedijs vtimur. Hic poeta sepe tamen mutatis per scenam modis cantica mutauit qđ significat titulus scene habens subiectis personis literas. d. m. e. s. Item diuerbia ab histrionibus crebro pronunciata sunt: que significantur. d. ⁊. m. literis ſm personarū nomina prescriptis in eo loco vbi incipit scena. Annotandum sane qđ hec fabula protaticam personā non habet:hoc est personam que ad argumētum nihil attineat:queq̃ sit assumpta extrinsecus:vt est in Andria. Sosia. Hanc dicunt ex Terētianis scđo loco actam etiam cum rudi nomine poete itaq̃ sic pronunciatam. Adelphi Terentij:non Terentij adelphi eo quod adhuc magis de fabule nomine poeta ꝙ̃ de poete nomine fabula cōmendatur. In hac quidem spectatur quid intersit inter rusticā et vrbanam vitam:⁊ inter asperam et celibem:⁊ veri mariti patrisq̃ per adoptionem facti. Quibus propositis ad exemplum vitanda perinde fugiendaq̃ Terentius monstrans artificis poete per totam fabulam obtinet laudem.

¶ Prologus.

☞ In hoc prologo poeta potissimum captat auditorum beniuolentiam modeste ac leniter purgās emuli obiecta. Magis enim in hoc versatur ꝙ̃ in aduersario ledēdo. Nec pfecto magnopere ille defendit quod obijcitur. vtpote se esse adiutum a Lelio ⁊ Scipione immo id sibi maxime laudi ducit.

POstꝙ̃ poeta sensit scripturam suam ab in quis obseruari ⁊ aduersarios rapere in pe rem partem: quam acturi sumus indicio seipso erit vos eritis iudices laudin an vi tio duci factum oporteat. Synaphotniscontes diphil

¶ Sequitur argumentum fabule.

EX duobus atticis fratribus alter quidē demea nomine rus coluit ⁊ vxorē duxit: filios suscepit duos Eschinum et Ctesiphonem. At alter Mitio nomine vxorem non duxit:⁊ filios procreare noluit:sed sibi filiū fratris Eschi. adoptauit: atq̃ ita indulgenter eduxit a paruulo vt effuse luxuriatus adulescēs ad postremum ciuem atticam virginem vitiaret captus amore eius:quo facto etiam matre puelle pepigit nuptias eiusdē quā vitiauit: quum rem gestam ad patris a quo adoptatus fuerat cōscientiam iamiamq̃ prelaturus esset precibus Ctesiphonis fratris sui qui cum apud durum patrem atq̃ agrestem Demeam parsius atq̃ actius habere tur impulsus est. vt idem a lenone raperet meretricem: quo facto multiplici errore cōpletur fabula. Nam Demea cum hoc ipso. i. cum Mitione litigabat:tanꝙ̃ cum eo qui corruperit adulescentem adoptatum in mores perditos nesciēs sibi filium Ctesiphonem esse corruptum:eluditurq̃ a Syro. ⁊ Mi. ne per totam fabulam ⁊ matrem puelle iam decimo mense post raptum virginis:et exactis a puero mensibus credit sibiipsi rapuisse meretricem que perturbatio cito in tranquillum redacta est. Nam re cōperta de vitio virginis. Mitio dat ciuem Eschino quam concupiuerat:eiusq̃ matrem accipit deprehenso vero Ctesiphone in amore meretricis primo irascitur Demea. post lenitur: atq̃ habēde eius meretricis licentiam prebet. ¶ Primus actus hec continet. Mitionis solius verba post eiusdem et Demee iurgium. ¶ Secundus actus lenonis alteram rixam aduersus Eschinum pro puella eiusdem apud Syrum querelas letitiam Ctesiphonis:obsessionem amice ⁊ eiusdē gratiarum actiones apud Eschinū. ¶ Tertius actus hec continet. trepidationem matris Sostrate ⁊ Cantare nutricis ob parturientem Pamphilā ⁊ vitiatam ab Eschino getam nunciantē domine sue per errorē quod sibi rapuerit Ctesipho meretricē. Reditum in scenam Demee eiusdēq̃ cum Syri ludificā consermocinationem interuentū egeonis cum querela apud eundē Demeam de facto Eschini ⁊ consolationem Sostrate. ¶ Quartus actus hec continet. Ctesiphonis cum Syro colloquium:per eum delusi Demee eiusdēq̃ in scenam interuentum:atq̃ secūdam frustrationē per Syrum factam Mitionis cum Egione, sermonem: querelam Eschini de rebus suis:eiusdēq̃ cum Mitione patre facetissimam disceptationem. Demee reditum in scenā ex errore in quē eum coniecerat Sy. us ⁊ reuocatum cum fratre eiusdē processionem in scenam temulentis Syri. ¶ Quintus actus hec continet deprehensionem Ctesiphonis cum meretrice:⁊ tertiū cum Mitione iurgium. Demee eiusdēq̃ vite pristine correctionem:⁊ per eum multa in comedia noua:hoc est blandimentum circa Eschinum ⁊ affabilitatē circa Getā: cōsiliationem Syri ⁊ vxoris eius et veniam circa Ctesiphonē permissionēq̃ habende meretricis. Seruatur autē per totam fabulam mitis Mitio. seuus Demea: Leno auarus: callidus Syrus: timidus Ctesipho: liberalis Eschinus. pauide mulieres: grauis Egio. In diuidendis actibus fabule idemtidē meminerimus primū pagine dinumeratio nem neq̃ grecos: neq̃ latinos seruasse: cum eius distributio hmōi rationē habeat: vt vbi attentior spectator esse potuerit longior actus sit: vbi fastidior breuior atq̃ cōstrictior. Deinde etiā illud in eundē actū posse cōijci ⁊ tres ⁊ quatuor scenas introeuntiū atq̃ exeuntiū psonarū. Facta aūt hec vna est de duabus scꝫ Adelphis Menādri ⁊ cōmorientibus diffilis.

POstꝙ̃ poeta sensit ⁊c. postꝙ̃. i. quoniā sicut cōtra apud Plautū qm̄ poni inuenitur pro postꝙ̃ poeta Terentius sensit. i. percipit scripturā suā. i. suū poema (omnis enim qui aliquid scripsit indifferēter scriptor a vete ribus dicebatur) obseruari. i. visitari diligēter recognosci et examinari ab iniquis. i. inimicis ⁊ postꝙ̃ cognouit aduersarios. i. suos emulos rapere. i. trahere in peiorem partē. i. in vituperiū ⁊ quasi vituperare et vitio dare scripturam seu comediā ꝙ̃. s. comediam sumus acturi. i. pronunciaturi ac recitaturi et representaturi et qđ dicūt lusuri. Ipse poeta erit indicio. i. erit iudex ⁊ proditor de seipso. Indicat em̄ qui aliquid alijs prodit. cōfitetur qui inuitus de se aliquid promulgat. vos spectatores eritis iudices. i. iudicabitis ne. i. vtrum oporteat factū. i. id quod

fecit poeta transferēdo grecā.duci.i.dari verti aut existimari ꝛ reputari et ascribi laudi an vitio.i. vituperationi. Synaphothniscōtes diphili.i.talis comedia greca est. Nomē illius comedie est totū grecum. Plautus fecit eam grecā fabulam.i.comediā latinā dictam cōmoriētes noīe a latino:vt licet videre apud Plautū. In fabula greca est adulescēs qui eripit.i.aufert meretricē lenoni.i.puellarū vēditori. In prima fabula.i.in prima parte fabule Plautus reliqt eum locū de ereptione meretricis integrū.i.intactū liberū alteri qui eum tractaret. Poeta sumpsit sibi ei locū.i. qđ dicūt eū passuz in adelphos.i.traduxit in suā comediā vocatā a duobus fratribus ꝛ sumpsit inquit hoc est libere tulit nec furat⁹ est: extulit quasi extra tulit e greca eam latino stilo ornans extulit inqꝫ verbū latinū.i.expressum quasi detractū ac deriuatū.seu magis deductū de verbo greco: vt ostendat poetā non sumpsisse de plau. Nos.i. ego cum meis gregibus qui mecū personati sunt acturi: sum⁹ acturi eam fabulā nouā.i. nouo stilo translata que.s. prius non fuerat traducta. Pernoscite vos spectatores perfecte videte ne.i. vtrū existimetis furtū esse factū de plauto an existimetis locū comedie q̄ preteritus est.i.ꝑtermissus est negligentia.i. incuria Plauti esse reprehensum.i.resumptum. Nam quod.i.qđ aūt isti maliuoli.i.inuidi dicunt hoīes nobiles.s.Scipionē Affricanū. Leliū sapiētem et Furiū pium adiutare.i.adiuuare sepe eum poetā ꝛ eos scribere.i.cōponere assidue vna.i.simul cum eo.hic poeta ducit.i.existimat eam laudē esse maximā eius sup.qđ illi existimant esse maledictū.i. cōuiciū seu opprobrium vehemens cum.i. quādo placet illis nobilibus qui placēt vobis vniuersis auditoribus in cauea theatri spectantibus ꝛ qui placent toti populo quorū nobilium quisqꝫ tēpore suo vsus est opera.i.operatione ꝛ industria sine superbia.q.d.quisqꝫ libenter eorū opera vtebatur in bello.i.tēpore belli:vt opa Scipionis in ocio.i. in pace: vt opera Furij pij in negotio.i.in accusationibus ꝛ causis criminalibus in quibus multi sunt.vnde opera Lelij sapiētis. Dehinc.i.cōseqnēter ne.i.vt non expectetis argumētū in materiam fabule senes.s. Mitio ꝛ Demea qui veniēt in ꝑscenium primi aperient.i. explicabūt vnam partem argumēti ceteri actores ꝛ etiā senes ostendēt partem argumenti in agēdo.i. inter recitandum seu in progressu fabule agende. Vos spectatores facite curate:vt sup.vestra equanimitas.i.fauor ꝓpitius animus augeat industriam.i.diligentiā poete ad scribendum.i.ad componendas fabulas.

comediā est hanc cōmorientes plautus fecit fabulā in greca adulescēs est: qui lenoni eripuit meretricem. In prima fabula cum plautus locum reliquit integrum. eum hic locum sumpsit sibi in adelphos verbū de verbo expressum extulit. Eam nos acturi sumus nouam. Pernoscite furtum ne factum existimetis: an locū reprehensum qui preteritus negligētia est. Quod isti dicunt maliuoli: hoīes nobiles cum adiutare assidueqꝫ vna scribere quod illi maledictū vehemēs existimant eam laudē hic ducit maximā cum illis placet: qui vobis vniuersis ꝛ populo placēt quorū opera in bello:in ocio:in negotio suo quisqꝫ vsus tēpore est sine superbia. Dehinc ne expectetis argumentū fabule. senes qui primi veniēt. ij partē aperient in agēdo partē ostendēt. Facite equanimitas poete ad scribēdū augeat industriā.

Mitio senex.



☞ In hac prima scena quod prologus promisit argumentū narratur oportuneqꝫ vita aspera cum leni: pater mitis cum seuerissimo cōparatur. Ostendit etiā se Mitio admodū esse sollicitum de Eschino filio adoptiuo quod nondum de scena hesterna redierat:simulqꝫ lenitate potius q̄ꝫ asperitate aut vi instituendos liberos prescribit.

¶ Ascensius.

sunt minus secũde. i. prospere: puta qui sunt in miseria aliqua ac calamitate nescio quomodo sunt magis suspitiosi. i. pleni suspitionib⁹: hoc est magis suspicãtur de malo aliquo q̃ alij ipsi accipiũt: id est interpretantur magis oĩa dicta vel facta ad cõtumeliã. i. iniuriã q̃ aliqua credũt se semper negligi. i. contẽni: propter suam impotentiã hoc est infirmitatẽ: quapropter hoc qđ sequitur est placabilius. i. aptius ad placandũ te Mitionẽ purgare. i. excusare ipsis mulieribus ipsum eschinũ coram. i. in earũ conspectu vel in earũ presentia. Mi. dicis ꝛ recte ꝛ verũ. Recte ad verba retulit. verum ad rem et sentẽtiam. Hec ergo sequere me intro. i. in domum Sostrate hac. i. per hanc viam. Mitio. maxime: id est libentissime te sequar ꝛc.

Discrucior animi hoccine de improuiso ꝛc. Hic eschinus suas effundit q̃rimonias dolẽs se esse suspectũ a Sostrata ꝛ Pãphila de amore psaltrie quam fratri rapuit. Eschinus hic solus loquitur. Discrucior animi pro animo casus pro casu: vt in epistolis Ciceronis pẽdeo animi. ꝛ Vergilius. O prestans animi iuuenis. Discrucior animo. i. anim⁹ meus cruciatur varijs cogitationib⁹ ꝛ quidẽ displicẽtibus. cõponitur em̃ a dis ꝛ crucior quasi vario modo crucior in aĩo meo. hoccine. i. est ne verũ quasi nõ possit credere est ne verũ sup. hoc mali. i. hoc malũ hoc infortuniũ obijci. i. imponi: imputari: improperari: mihi tm̃. i. adeo magnũ ꝛ molestũ mihi vt neq; sit certum mihi id non sit deliberatũ apud me vel vt nesciã pro certo quid faciã. i. facere debeã de me nec certũ sit inq̃ quid agã. i. quid mihi sit agẽdũ vt huic malo medear. Mẽbra men sunt debilia. i. debilitata metu. i. pre timore et diuortij faciendi cum Pãphila ꝛ pre timore patris nihil cõsilij. i. nihil deliberationis vel boni remedij ꝛ propositi. quiuit. i. potuit cõsistere. i. cõsidere residere in pectore meo. cõsistere em̃ interdũ significat morari ꝛ cõsidere. Juuenalis. Ede vbi cõstas in qua te q̃ro proseucha. Vah interiectio indignãtis ꝛ dolẽtis ac seipsum ꝛ suã stultitiã deridentis quo mõ. i. quo pacto expediã me. i. me explicabo ex hac turba. i. ex hac turbatiõe et ex his tricis seu inuolucris tãta. i. adeo magna suspitio. i. mala opinio de me incidit. i. cõtingit neq;. i. ꝛ ea nõ incidit inq̃ immerito. i. nõ iniuria. Sostr. mater Pãphile credit me emisse mihi. i. pro me hãc psaltriã anus id est vetula missa ad obstetricẽ q̃rendã fecit mihi id indiciũ hoc est significauit mihi suspitionẽ incidisse de me: nam vt. i. dum vel postq; ea an⁹ erat missa ad obstetricẽ accersandã hinc. i. ex hoc loco in quo ego sũ vel ante fores Sostrate vbi in quo loco. s. ante fores vidi eam anum: nam hic vbi pro postq; capi nõ dz. iam em̃ vt est expositũ p postq; et ita vna foret repetitio. et est sensus. postq; erat missa ad obstetricem ex hoc loco in quo vidi eam ilico. i. statim accedo ad eã. i. venio ad eam. Rogito. i. interrogo quid Pamphila puella agat. ne. i. vtrũ partus adsit. i. prope sit. ꝛ rogito inq̃ ne. i. vtrũ accersat. i. eat ad vocandũ obstetricẽ eo. i. eam ob rem vel q: partus adest. illa anus exclamat. i. effrenata voce ꝛ sonitu magno vocis clamat seu loq̃tur: nõ aũt rñdet. O eschine iam ostẽdit tarditatẽ quasi bonũ esset vt citi⁹ abijsses abi abi. i. vade vade noli vlterius verba dare vt fecisti hacten⁹ dedisti satis diu nobis verba. i. decepisti nos tuis verbis q̃ nihil habẽt effect⁹ satis adhuc. i. hucusq; tua fides. i. tua promissio: quã tam sancte facere videbaris: cum tñ figmentis plenus esses: fides ergo tua satis hucusq; frustrata est nos decepit nos. Hem interiectio res nouas audientis inq̃. i. dico vel dixi obsecra q̃d istud est qđ. s. tu anus. dicis. illa aũt pergẽs in itinere suo dixit mihi. valeas. i. abscedas a nobis habeas illã. s. puellam que placet tibi que est tibi cordi ilico. i. statim vt dixit illud mihi: sensi. i. percepi illas mulieres adsuspicari. i. habere suspitionẽ de me. Dicimus ad suspicor quẽadmodũ dicimus addubito qđ compositum nihil addit vltra simplex nihil augeat ꝛ ad illas suspicari temesis est facta ppter carmẽ: sed tñ repressi me. i. me cohibui nec volui auferre illã suspitionẽ detegẽdo amorẽ fratris. repressi inq̃ me ne quid. i. vt nõ aliq̃d dicerẽ illi garrule. i. illi vetule loquaci ac verbose de fratre. i. de amore fraterno. ac. i. ꝛ ne illud de amore fratris fieret palã. i. publicaretur ab illa vetula seu fieret manifestũ. De

mee eni minime fuit op⁹ manifestare illud:nūc q̄d faciā deliberat sol⁹ apud se dicā hāc psaltriā esse fratris Ctesiphonis id q̄d ꝑ q̄d vt sepe apud Ciceronē: referq̈ clausulā preteritā.i.q̄ res vcȝ hāc esse fratris:minime.i.nō est op⁹ efferri.i.publicari ꝓdire in lucē quasi extra ferri vsq̈.i.in aliquē locū vsq̈ dr̄ ⁊ in loco ⁊ ad locū. Age aduerbiū hortātis scipsum in deliberādo omitto.i.ꝑtermitto excipio illud vcȝ nō esse op⁹ hoc efferri vcȝ hāc esse fratris vel omitto.i.relinquo istā opinionē de ꝑdendo fratre q̄ mihi nō placet:potis est.i. pōt:vt pri⁹ est expositū: fieri.i.effici:vt ne.i.ꝙ nō illud de fratre exeat.i.erūpat in lucē qua.i.aliqua rōne ⁊via vbi qua capiť ꝑ aliqua aduerbio p locū vbi hoc totū potis est fieri ⁊c. pōt capi interrogatiue vel affirmatiue ſm varias considerationes. Metuo vt.i.ne nō hoc est q̄d nō:vt Do.vult metuo ergo ꝙ mulieres nō credāt idipsum.s. me eripuisse psaltriā fratri ⁊ nō mihi q̄m vellē eas scire ⁊ credere:⁊ ita nō suspicari de me ⁊ id quidem vellē sine ꝑditione fratris si fieri potis esset vt iā dixit. Deinde argumētať in oppositū inquiēs multa verisimilia eū opprimere vt credať rapuisse sibi. Tot verisimilia.i.tot ꝓbabilia seu ꝓbabiles rōnes similes veri.i. silitudinē hn̄tes veritatis cōcurrūt.i.ꝯgeruntť aduersuȝ me.egomet.i. egoipse rapui psaltriā a lenone egomet ipse tātologia est nam met ⁊ ipe idē significāt.solui.i. nūeraui ꝓ solutione psaltrie argētū.i.ꝓtiū ipi lenoni abducta est.i. ipsa rapta violenter deducta est ad me domū.i in domū in qua resideo vbi domū poniť aduerbialiter.adeo.i.certe fateor hec fieri mea culpa.i.cōfiteor ꝙ imminet mihi periculū diuortij cū Pāp.⁊ ꝙ in eius ⁊ matris sum maliuolētia seu ꝙ subiui carū odia mea culpa hac.s.q̄ sequiť vcȝ me nō indicasse.i.ꝙ nō indicaueri ⁊ patefecerim hāc rē de raptu psaltrie ꝓ fratre pr̄i.s.mitioni q̄ ē adoptatiu⁹ pr̄ vt.i.quēadmodum ea res erat gesta.i.facta exorassem impetrassem obtinuissem:vt.i.ꝙ ducerē.i.haberē in vxorē eā.s. Pāphilā. Cessatū est imper sonaliter dictū a cessať cessabať.i. fuit negligētia in nobis ⁊ ociositas ac segnities seu cūctatio noxia vsq̈ adhuc.i.hactenus sine hucusq̈.vel si manis cessatū est vsq̈.i.assidue semper adhuc.i.hucusq̈ nūc porro.i. ex hoc nūc i futuꝝ seu posthac. o eschine alloquiť seipsum expergiscere. i.excita teipsum neq̈ ampli⁹ cesses ⁊ sis ociosus:expergiscor eris.est verbū deponēs absolutū ⁊ quasi passiue significationis:nā expergisciť qui sua spōte a somno excitať expergefit aūt q̄ ab alio e somno excutiť siue soluiť:nūc hoc q̄d sequiť est primum posti tn̄ illud ꝙ rogād⁹ est pater ibo ad illas mulieres illud est q̄d primū dicit vt purgē me.i. me excusem reijciēdo a me crimē in fratrē secreto.tn̄ a ccedā.i.adueniam ad fores.i.ad ostiū domus Sost.perij.i.perdit⁹ sum amore.s.eius Pāphile quā timeo mihi eripi semper ego miser horresco. i.cōtremisco ac cōmoueor seu frigesco:nā horrere interdū significat frigere. Iuue. Et horrēti tunicā nō reddere seruo. Per.scis comitē horridiculū trita donare lacerna horresco.ergo.i.horrid⁹ fio ⁊ trepid⁹ tot⁹ amore amatoꝝ q̄ voluptate aduētāte ⁊ corp⁹ inuadēte trepidare incipiūt ac trepiduli efficiunť.vbi.i.q̄n occipio.i. incipio pulsare.i.percutere hasce.i.has fores.i.hoc ostiū clamat heus heus aduerbiū vocātis repetitū:ego sum Eschin⁹ aperite ostiū actutū:i.cito celeriter aduerbiū tpis dictū ab actu.i.a celeritate vnde actuarie naues dicuntur.i.celeres ac celeriter per maria currētes:aperite,actutū ostiū ḡnaliter hoc est dictū. Deinde descēdit ad particularia aliq̄s aperiat sup.actutū ostiū:sed Dona.dicit istas distinctiones sic factas nō placuisse veterib⁹:est tn̄ astruēda lr̄a vt singule queq̈ cōnexiones intelligant. Potest ⁊ sic astrui ſm Donatū aliq̄s ex vobis multis aperire ostiū.aliq̄s enim vt idē ait hȝ vim pluralē ḡnis singulariter dicať nō est eīn aliq̄s nisi de multis. Est aūt ꝑlepsis figura cōstructionis qualis si dicereť studeatis aliquis orationē habēdā quasi aliq̄s ex vobis seu q̄libet ex vobis studeat orationi habēde:nō curo q̄s vestrū studeat dūmodo sciať ab aliquo nescio q̄s ꝓdit.i.exit veniēs ad aperiēdas fores q̄ sunt lōge a penetralib⁹ domus cōcedā.i.me conferā: hoc.i.huc aduerbium ad locum sicut illoc pro illud antique.

me hanc patri rem (vt erat gesta) indicasse exorassem, vt iam ducerem cessatum vsq̈ adhuc est. Nunc porro eschine expergiscere: nunc hoc primū est ad illas ibo: vt purgem me:accedam ad fores:perij horresco semper vbi hasce pulsare occipio fores:miser.heus he⁹. Eschinus. Ego sum aperite aliquis actutum ostium prodit nescio quis:concedam hoc.

Mitio. Eschinus.

❧ In hac scena facete luditur Eschinus a patre mitione. Qui varijs modis pamphilam ostendit ab alio in vxorem ductum iri. Qua de re non paruo dolore concutitur Eschi. qui eam summopere deperibat quod antea patrem celauerat. Tandem illum eundem pater miro explet gaudio:recipiēs.i.promittens eidem eam puellā q̄primum vxorem datum iri.

Ita (vt dixi) Sostrata facito ego Eschinū cōueniā : vt quomodo acta hec sint sciat: sed quis ostiū hoc pulsauit. Eschin⁹. pater hercle est perij. Mitio eschine. Eschinus. quid huic. hic negotij est. Mitio. tu ne has pepulisti fores tacet? Cur nō ludo hūc aliquātisper:melius est:quandoquidem hoc nunq̄ mihi ipse voluit credere. Nihil mihi resp ōdes. Eschinus. nō equidē istas quā sciam. Mitio. itā:nā mirabar quid hic negotij esset tibi erubuit salua res est. Eschin⁹. dic sodes pater tibi vero q̄d istic est rei. Mitio. nihil mihi q̄dē amic⁹ q̄dā me a foro

Ascensius.

Ubi commentator legit. Sensi ilico illas adsuspicari ⁊c. textus plurimi ⁊ etiam is quem cum eius primum commento compressum vidimus habent. Sensi ilico ad illas suspicari ⁊c. Illud autem maioris momenti est. Non me hanc patri:rem vt erat gesta indicasse commentarius vult vt intelligatur de raptu psaltrie:sed non procedit. Quia eam rem omnem Mit. sciebat. Unde prius dictum est. Omnem rem modo seni: quo pacto haberet:enarramus ordine et reliqua. vbi Mit. postq̄ omnia que a d psaltrie raptum pertinerent per ceperat argētum soluerat. Non ergo de ea re loquiť. Sed de oppressione virginis quod in sequenti scena declarabitur vbi diceretur. Quandoquidem hoc nunq̄ mihi ipse voluit credere ⁊c.

Ita ⁊c. hic luditur Eschinus a patre mitione qui varijs modis ostēdit Pamphi. ab alio in matrimoniū ductum iri quo non parū dolore concutiť eschinus:qui summopere eam deperibat: sed id celarauerat patrem tandē illū eundē pater explet gaudio recipiēs ab Eschi. puellā illi ductū. Mi. o so. facito ita vt dixi vel tu et filia facite ita vt dixi.per quod apparet mitionē iam multa dixisse.ego ꝯueniā.i. alloquar Eschi. vt sciat quo hec de nuptijs ⁊ de coniugio ipsius ⁊ tue filie sint acta.i.sint transacta ⁊ pacta:sed quid pulsauit.i.percussit hoc ostiū hoc dixit cū appropinquaret forib⁹ quas pulsari audierat. Eschi. hercle pater est.s. mitio pater adoptiuus est hic intra domū.i.iam ego facile perspicio ipsi⁹ sermonē. Mit. o eschi. vocādo eū eschi. q̄d negocij.i. q̄d negociū est huic

sc3 Mitioni per indignationē dixit.i.qd negotiū habet iste hic.i.in domo Sostrate. Mit.ne.i.vtrū tu pepulisti.i. percussisti. Inde pulso as. frequētatiuū has fores.i.hoc ostiū. Deinde cum nō respōderet Eschinus subdit summissa voce et apud se tacet.i.taciturnus est obmutuit. Cur nō ludo.i.illudo hunc eschinū ali quātisper.i.aliquādiu. Meli⁹ est.i. operepretiū est vt a me ludatur: quādoquidē.i.q2 certe nunqꝫ voluit credere.i.cōmittere secreto dicere ac detegere. Itē impartire mihi hoc vc3 amorē filie. Sostra. hec priora dixit apud se. deinde subdit alloquēdo eschinū nihil respondes

abduxit modo huc aduocatum sibi. Eschinus. quid. Mitio. ego dicam tibi: habitant hic quedā mulieres paupercule: opinor has non nosse te & certo scio neqꝫ enim diu huc cōmigrarunt. Eschinus. quid tum postea. Mitio. virgo est cum matre. Eschinus. perge. Mitio. hec virgo orba est patre: hic meus amicus illi genere est proximus. huic leges cogunt nubere hanc. Eschinus. perij. Mitio. quid est. Eschin⁹. nihil recte perge. Mitio. is venit vt secū aduehat. nam habitat mileti. Eschi. hem virginē vt secum aduehat. Mitio. sic est. Eschinus miletū vsqꝫ obsecro. Mitio. ita. Eschinus. animo male est quid ipse aiunt? Mitio. quid istas censes? nihil enim cōmenta mater est esse ex alio viro (nescio quo) puerū natum: neqꝫ eum nominat priorē esse illum: nō oportere huic dare. Eschinus. eho nōne hec iusta tibi videntur? postea. Mitio. nō. Eschinus. Obsecro non? an illam hinc adducet pater. Mitio. quidni illam abducat. Eschinus factū a vobis duriter immisericorditerqꝫ: atqꝫ etiā (si est pater dicēdū magis aperte) illiberaliter. Mitio ꝙobrem. Eschinus. rogas: qd illi tandē creditis fore animi misero: qui illi consueuit prius. qui infelix. haud scio an illā misere nunc amat: cum hanc sibi videbit presens presenti eripi. abduci ab oculis facinus indignum pater. Mitio. qua ratione istuc: quis despōdit quis dedit: cui? quando nupsit auctor his rebus quis est cur duxit alienā. Eschinus. an sedere oportuit domi virginē tam grandē dum cognatus hinc illinc veniret expectantē. hec mi pater te dicere equū fuit & id defendere. Mitio. ridiculū aduorsum illū causam dicerem: cui veneram aduocatus sed quid Eschine nostra aut quid nobis cum illis? abeamus

mihi. Eschi. Equidē.i.certe seu ego quidē nō pulsaui sup. istas fores: ꝙ sciam.i.ꝙtum scio. alij habent qd sciam. qd in idē redit: sed Do. vult ꝙ sciā pro ꝙtū scio. alij habēt ꝙ sciā pro ꝙtū scio. Mit. Itan.i.ita ne.i.ne ita vt ais.s.te fores nō pepulisse. id ego dicebā sup. Nā.i. q2 mirabar qd negotij esset tibi hic vbi dici inepte solet qd haberes agēdum hic. Deinde subdit apud se. Erubuit.i.verecundatus est & rubore est suffusus salua res est.i. res bene se habet. nam rubor est virtutis color: et ita magnū est argumētū eum nondū perfricuisse frontē omnēve posuisse pudorē. Eschinus. O pater dic sodes.i.dic si audes & si tibi cordi est. et est comicū verbū blandiēti aptissimū & iam familiariter loqui incipiēti. Uero.i.sed qd rei.i.quid negotij est tibi istic.i.apud Sostratā vbi dicerēt barbare quid habes agendū. Mit. quidem.i.certe nihil mihi est istic.i.nihil habeo negotij seu vt barbare loquar nihil habeo agēdū illic quidem.i.certe vel quidā amicus.i. vnus ex amicis meis abduxit.i. deduxit remouit me a foro modo.i. pauloante et deduxit me huc ad Sostratā aduocatū sibi intercessorem et mediatorē pro se vc3 vt oia de nuptijs filie & ipsius transigerētur meo beneficio ac mea intercessione. Nam aduocatus d2 qui cām alicui⁹ agit. itaqꝫ faciens eius est intercessor apud iudicē et mediator. est etiā omnis homo defendere aliū paratus vt testatur Laurentius. Sic ergo astrue. mō.i.pauloante amic⁹ abduxit me.i.abstraxit me huc a foro tanqꝫ aduocatū vt sibi.i. essem aduocatus: vt iam est expositū. Esch. Quid.i.cur abduxit te aduocatū sibi in qua re vult te esse sibi aduocatum. Mit. Ego dicā tibi quedā mulieres paupercule habitāt.i.morātur. hic.i. in his tectis opinor te nō nosse has mulieres. & certo scio.i.non dubito et vere scio te nō nosse eas. enī.i. quia nō diu.i. nō ex lōgo tēpore cōmigrarunt huc.i. ceperunt hic sedes & huc ad morandū venerūt. Eschi. Quid tū.i. tūc postea secutū est: vel qd ex eo vis inferre. Mi. Uirgo est cū matre. Eschi. perge ꝓsequere in narratione tua. mi. hec virgo est orba patre.i. caret patre. Orbus d2 aliqua re chara priuatus vt parens dicitur liberis orbus & cōtra liberi dicuntur orbi parēte. hic meus amic⁹ est ꝓximus illi virgini.i. mulieri nam iam corrupta erat est ꝓximus genere.i.cognatione ipse leges cogūt hanc puellā nubere.i.nuptui collocari huic amico. Eschi. perij.i. perditus sum. hoc audiuit mitio sed dissimulat. Mi. Quid est ꝙ tu dicis. nam alter summissa voce dixerat. Eschi. nil est.i.recte.i. bene narras & recte res se habet. sed hoc dissimulāter dicitur perge.i. ꝓsequere narrādo. Mit. Is amicus venit vt aduehat secū.i.naui secū vehat. Nam vectores dicūtur qui naui vehuntur pro pretio. Et bene aduehat. nam ipse habitat.i.moratur mileti.i.in vrbe ionie que est athenensiū colonia & mileti gtūs est aduerbialiter posit⁹.i. pro aduerbio in loco. Eschi. Hem dolētis interiectio & cōmo[illegible] vehemēter dicis eum venisse sup. vt aduehat secū virginem.i.mulierē. nam iam corrupta erat. Mit. sic est.i. est verū eam ob rem venisse vt abduceret. Eschin⁹. obsecro.i.obnixe peto: vt dicas mihi an venerit vt aduehat virginē secū vsqꝫ miletū.i. vsqꝫ in eam vrbē vnde milesie lane pretiose esse dicūtur a Uergi. Mit. ita venit vt abducat eā miletū vsqꝫ Esch. male est aio meo.i. animus me⁹ est eger dolore molestia ac passionibus varijs qbus cōficiatur animus. nam vt dicimus bn̄ est mihi.i. sum sanus: & male est mihi.i. sum egrotus. sic dicimus bn̄ est animo.i. sum let⁹ neqꝫ afflictus morbis animi que passiones sunt & male est animo.i. sum egritudine animi vexatus: & vt inqt Do. male esse animo dicitur cū dicti alicuius merore ꝓculsus anim⁹ est ita vt corpus nō sustineatur sequaturqꝫ ruina mēbrorū quid ipse mulieres aiu[illegible]. Mit. quid cēses.i. putas istas mulieres posse dicere sup. enī.i. certe vel q2 nihil dicūt mater Sost. cōmēta est a cōminiscor eris.i. adinuenit excogitauit: verisimilē.s. falla ciam vc3 puerū esse natū ex alio viro nescio ex quo viro natus sit: vel sic misse puerū esse natū ex alio nescio quo viro: sed in idē reuertitur: neqꝫ ipsa mater nominat eum virū ex quo natus est puer. Cōmēta est inqꝫ vel dixit illum virū ex quo natus est filius esse priorē.i. cui potius sit collocāda puella & ait nō oportere filiā dari huic amico meo. Eschi. eho interiectio audiētis qd optabat: nōne hec que dixit Sostrata sc3 illū ex quo nat⁹ est puer esse priorē & ꝓferēdū nōne ea vidētur tibi iusta: postea.i. postqꝫ dicta sunt & ea cōsiderasti vel q̄ postremo loco dixisti. Mitio. nō vidētur mihi iusta.

Quartus actus

quid est? quid lachrymas. Eschinus. pater obsecro ausculta. Mitio eschine audiui oīa et scio. nam te amo quo magis que agis cure sunt mihi. Eschi. ita velim me promerētem ames dum viuas mi pater: vt hoc me delictum admisisse in me id mihi vehementer dolet: me tui pudet. Mit. credo hercle nam ingenium noui tuū liberale. sed vereor ne indiligēs nimiū sies. In qua ciuitate tandē te arbitrare viuere: virginē vitiasti quā te ius non fuerat tangere iam id peccatū primū magnū at humanū tamen facere alij sepe itē boni. at postq̄ id euenit cedo nunquid circūspexisti: aut nunquid tute ꝓspexisti tibi quid fieret qua fieret si teipsum mihi puduit dicere qua resciscerem hec dum dubitas menses abierunt decē. Prodidisti te atq; illam miseram ⁊ gnatum qđ quidē in te fuit. Quid credebas hec dormienti tibi confecturos deos ⁊ illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum nolim te ceterarū rerum secordem eodē esse modo. Bono animo es: duces vxorem hanc. Eschinus. Hem. Mit. bono animo es inq̄. Eschi. pater obsecro num ludis tu nūc me? Mi. ego te (q̄obrē). Eschinus. nescio nisi quia tam misere esse cupio verū: ideo vereor magis. Mit. abi domū ac deos precare: vt vxorē accersas abi. Eschinus. quid iam ne vxorē ducam. Mit. iam. Eschi. Jam. Mitio. iam q̄tū

Eschi. obsecro nō. i. dicis non videri illa tibi iusta ⁊ hoc nō vultuose est pronūciandū. An. i. vtrū. o pater vtrū ipse amicus tuus abducet. i. abstrahet illā hinc. i. ex hoc loco. Mi. quidni. i. cur nō abducat illā. Eschi. id sup. scʒ trāsactio ⁊ pactio de nuptijs factū est a vobis duriter. i. dura mēte ⁊ inflexibili ⁊ non dure ac crudeliter ⁊ immisericorditer. i. austere aspere sine misericordia: sed cum rigore atq; etiam o pater si est dicendū. i. si licet dicere magis aperte. i. clari⁹ apertius factū inq̄ est a vobis illiberaliter. i. iniuste inclemēter nō bene. quia liberalis bonus dicitur. Mit. q̄obrem. i. quare est ita factū a nobis illiberaliter. Eschi. Rogas me. i. interrogas: quare tandē id sine longis ambagib⁹ et verborū circuitionibus quid animi. i. quē animum credis fore. i. futurū esse illi misero qui consueuit. i. cōsuetudinē ⁊ cōuersationē habuit prius cum illa puella. Dona. legit cōsueuit illi vel illam: nā veteres hāc rem cōsueui dictitarūt qui infelix propter hanc surreptionem haud scio. i. nescio an amat nunc illam puellā misere. i. valde ⁊ in miseriam suam ac in infelicitatē: quid ergo illi animi creditis fore eum. i. qđ ipse presens videbit hanc puellā eripi. i. abduci sibi presenti vel cape ꝓsens aduerbialiter pro corā: quo etiam modo capi pōt. Ci. ad curionē presens tecū egi. i. sum collocutus tecum. Apposuit aūt nescio an illam nūc amat vt tolleret suspitionē de seipso: q̄ nimis aperte fuerat locut⁹ ⁊ ex affectu pre nimio amore ⁊ quid animi creditis illi fore eum ipse videbit hāc puellam abduci. i. auferri ab oculis suis. i. a cōspectu suo. o pater facinus. i. factū vestrum est indignū. i. inhonestum ⁊ non dignum qđ a vobis fieri debuisset. Mitio. qua ratione. i. quo modo vel qua causa dicis istud quis despōdit. i. promisit illam ei quē defendis quis dedit illam puellam. q. d. prius rapta est q̄ daretur: cui homini despōsata est sup. data? quādo nupsit. i. data est nuptuis illi quē tātopere defendis. dissimulat eīn mitio se nosse eschinum ac fuisse illū qui eam stuprauerit: cum tñ latenter obiurgat ꝙ sine patre rem gesserit quis est auctor his rebus. i. quis preest seu prefuit his rebus faciendis vcʒ transactionibus ⁊ pactionibus de cōnubio puelle cum illo quē defendis: cur ipse quē miserū dicis duxit. i. cepit in vxorem alienā. i. eam que sibi nō erat desponsata neq; data ac ideo aliena. Eschi. an. i. vtrū oportuit virginē tam grādē. i. tante etatis quāte est. inde grandis natu. i. annosus. Oportuit ergo virginē tam grandē sedere. i. cessare ociosam esse corpore domi expectantem: dum. i. quousq; cognatus aliquis de cognatione veniret hinc illuc prouerbialiter dictum. i. ex hac haud illa parte o mi pater equū fuit te dicere hec: id est honestum erat vt diceres hec que dixi. s. eam nō debuisse tādiu sedere domi ⁊c. ⁊ equū fuit inq̄ te defendere id. s. quod nō oportuit eam tam grandē sedere domi expectantē dum hinc illinc veniret cognatus. Mi. o ridicule. i. deridēde qui. s. dignus es qui ridearis cum tuis verbis absurdis ⁊ stultis ne. i. vtrū dicerē. i. dicere debebā causam aduersus vel aduersum (vtrūq; enim dicitur) aduersus illū. s. amicū: cui. i. ad cuius defensionē verā aduocatus. i. intercessor futurus ⁊ auxiliari seu defendere parat⁹: sed o eschine q̄d ista facta ⁊ ista negotia de hac puella intersunt sup. nostra in ablītō feminino. i. quid ad nos spectāt: aut q̄d est nobis cū illis. i. q̄d negotij q̄d cōmercij habemus cū illis atq; (qđ dici inepte solet) quid habemus agendū de illis mulieribus ⁊ negotijs suis abeamus. i. discedamus vt aūt hoc dixit animaduertit repēte eum flentē tūcq; subiunxit q̄d est quid. i. cur lachrymas. i. fles. eschi. o pater obsecro ausculta. i. audi. Mi. nō est passus pater filiū torqueri in cōfitendo crimine suo: ꝓpterea inquit audiui omnia noli detegere ⁊ non solū audiui: sed scio oīa quomodo se habeāt: nam amo te quo. i. quare scʒ quia te amo vel quo pro quāto: sed melius est vt capiatur quare ea que agis sunt magis mihi cure. Eschi. velim. i. volo vtinā. o pater ita ames me promerētē. i. bene merentē ⁊ dignū qui a te amer nam promeremur bona tm̄. dum. i. q̄diu viuas: vt. i. sicut id qđ sequitur scʒ me admisisse in me. i. cōmittēdo recepisse in me hoc delictū de virginis stupro. dolet vehementer mihi. i. est mihi maximo dolori siue affert mihi dolorē maximū. ⁊ ita inq̄ me ames vt. i. sicut me pudet tui. i. ꝓpter te q̄m pudore afficio ꝙ sim tibi causa pudoris: q̄ aliquid. s. infamie mea causa cōtraxeris ꝓpter crimē meū. Mit. hercle. credo te pudere facti ⁊ mei nāq; noui. i. cognosco ingeniū tuū. i. naturā tuā esse sup. liberale. i. bonū: quia liberalis bonus: sed vereor. i. timeo ne. i. vt pro ꝙ sis nimiū indiligēs. i. incurius negligēs tandē. i. sine multis verbis rñde: vel cōsidera. nam hic tandē habet quiddam vrgens ⁊ accelerās. Do. vult capi pro tñ in qua ciuitate. i. in qua cōitate arbitrare. i. putas te viuere: viuis eīn in ciuitate atheniensi vbi legibus viuitur. Vitiasti. i. stuprasti ⁊ corrupisti virginē ciuem quā virginē ius non erat. i. nō licebat te tangere qđ sine cōparatione minus est q̄ stuprare iamprimū. i. imprimis id petm̄ est magnū. i. enorme attamē. i. sed tñ est humanū. i. a fragilitate humana defluxū que varijs luditur cōcupiscētijs: sepe. i. plerūq; alij boni nō tunc cum facerent: sed alias fecerūt. item. i. similiter vt tu at. i. sed postq̄ id euenit. i. cōtingit tibi hoc facere cedo. i. dic nūquid. i. nūq̄d aliquid circūspexisti. i. cōsiderasti tāq̄ presens. Circūspicimus presentia: prospicimus futura: aut nūquid tute. i. tumet prospexisti tibi futura. i. prouidisti tanq̄ de futuro vcʒ quid fieret. i. factu bonū esset quō. i. qua ratione qua via quibus adminiculis q̄bus personis fieret illud qđ esset faciendū si teipsum puduit dicere mihi: qua. i. per quos vel qua. i. quare: qua via qua ratione rescicerē. i. cognoscerē quod feceras nunquid inq̄ circūspexisti qđ te facturū putares dum te ita pudebat. dum. i. quādiu dubitas. i. nō audes hec dicere mihi decē menses abierunt. i. fluxerunt prodidisti. i. decepisti te

et illam puellã miseram: et prodidisti.i.decepisti gnatũ.i.filium quẽ ex ea sustulisti quod quidẽ in te fuit.i. quantum ad te spectauit hoc est decepti estis tu et gnatus ⁊ mater tantũ quantũ poteratis decipi per tuam negligentiam quia quantũ ad te spectauit omnino officiũ tuum defuit: ⁊ est elegans dicẽdi modus vbi quis diceret quãtũ potui ⁊ debui adiuui eum: elegãtius sic. Quod quidẽ in me fuit adiumẽtum illi suppeditaui. Similiter vbi dici solet quantũ potuisti, pauperẽ me reddidisti: elegãtius sic. Quod quidẽ in te fuit ad inopiam redactus sum. Similiter hic qd in te fuit.i. quantũ potuit fieri per tuã indiligentiam proditus es: item mater. item nat⁹ ex ea. Quid modus est interrogandi ⁊ melius est vt fiat hic distinctio ac seorsum legatur. Credebas deos cõfecturos.i. ad plenũ facturos hec.i. vt tibi crimen ignoscere tur et connubia transigerentur ⁊ credebas illam puellam deductũ iri futurum infinitiui passiui.i. deducendam esse.i. credebas qd illa deduceretur in futuro tibi dormiẽti.i. cessanti et non vigilanti in tuis negotijs: ⁊ deduceretur ergo domũ aduerbialiter ad locũ ⁊ in quam partẽ domus? in cubiculũ.i. in camerã in qua dormire soles ⁊ que vxore habita diceretur thalamus in quo est lectus genialis. Credebas inq̃ vt hoc fieret sine tua opa.i. sine tuo labore et sine tua industria ac diligentia. Nolim.i. nõ volo te esse secordẽ.i. imprudentem: improuidũ incõsideratũ: ignauũ: ceterarũ rerũ.i. in alijs rebus ⁊ negotijs eodẽ modo quo: scꝫ fuisti in hoc negotio. Secors dicitur quasi seorsum aut semotũ a corde.i. vel a fortitudine et audacia vel a prudentia. Nam cordati homines dicuntur sapientes aut prudentes. propterea secordes non immerito dicuntur imprudentes. Et quoniam inter hec dicenda flebat eschinus: ideo subdit securitatem: es. id est sis secunda persona imperatiui singularis. bono animo. id est habeas bonũ animum: et quod dici solet facias bonum vultũ: duces hanc puellam vxorem. id est habebis eam in vxorem. Eschi. hem interiectio emissa est a singultiente fletu ⁊ gaudio. Mit. inq̃.i. dico tibi es. id est sis bono animo. Eschi. O pater obsecro te nun.i. nũquid quasi optet negatiuã responsionem tu ludis.i. illudis derides me ludificas me tuis verbis. nunc quasi prius nõ luseris. Mit. petis vtrũ ego ludam te: q̃ro brem.i. quare luderẽ te vel quare petis. Eschi. nescio qua ratione nõ credo tibi: ideo.i. eam ob rem magis vereor quia cupio tam misere.i. tam nimis vel vehemẽter vel obnixe dictũ tuum sup. esse verũ. vel quia cupio tam misere verũ esse me illam ducturũ vxorem. Misere interdũ capitur pro valde ⁊ quidẽ vbi est aliquid miserie vt in cupiẽte nimis est passionis aliquid qd est animo molestũ. nam esse nimis a virtute recedit. Mit. abi domum ac cõprecare deos.i. preces effunde dijs tanq̃ ante sit res diuina facienda deinde vxor accersanda: vt accersas.i. aduoces venire facias ad te vxorẽ. Deinde quasi herenti eschino ⁊ morãti repetit. abi.i. fac quod est tibi iam dictum. Eschi. quid modus interrogãdi iam ne.i. vtrũ iam ducam vxorẽ. Mit. iam.i. nũc duces vxorẽ. Eschi. iam.i. nũc ducam quasi pre gaudio tante sue felicitatis sepius repetit. Mi. iam duces q̃tum potes.i. cito et q̃ celerrime fieri poterit a te. Uel potest referri ad id quod prius dixerat abi: ⁊ tũc est sensus abi. inq̃.i. q̃tum potes q̃ celerrime potes abire vel q̃tum põt a te fieri: vel a te abiri ⁊ abscedi per impersonale verbũ. Eschi. o pater dij omnes oderunt.i. odio habeãt me: hic enim ponitur pro odiant si haberemus. ni.i. nisi ego magis amo te nunc q̃ oculos meos. Mi. quid modus interrogandi amas sup. me magis quã illam Pamphilã. Eschi. eque.i. ita equaliter te amo: atqꝫ illã. Mit. perbenigne.i. valde benigne seu valde large prolixe ac liberaliter me amas si illã equo quãtum ad tuũ amorem in me ⁊ eam. Eschi. Quid modus interrogandi vbi est ille milesius.i. vir ille de mileto qui ad eam ducendã venerat. Mit. abijt.i. discessit. perijt.i. multũ perditus fuit mente ac saucius in corde ⁊ cognouit te illam ducturũ ascendit nauem qua veheret miletum sed cur cessas.i. moraris cũctaris tardas nec mihi obsequeris abeũdo ⁊ deos cõprecando vt accersas vxorẽ. Eschi. o pater abi discede tu potius q̃ ego cõprecare deos precibus. nam certo scio eos deos magis obtemperaturos.i. morẽ gesturos tibi quo.i. quanto es vir multo melior. q̃ ego. Mi. ego eo intro in domum vt ea que sunt opus.i. ea que sunt requisita ⁊ necessaria ad nuptias parentur.i. apparentur. Dicimus hec sunt mihi opus. et opus est mihi his rebus vt satis est manifestũ tu eschine fac vt dixi si sapis. Eschi. admiratur eschinus benignitatẽ patris pariter ⁊ laudat quid hoc negotij est.i. quid sibi vult hoc negotiũ admirando dicit cum totum negotiũ inter patrẽ ⁊ filium agatur ita benigne hoc scꝫ quod pater erga me facit: est.i. significat meipsum sup. esse patrẽ.i. vti seueritate patris. q.d. non cum benignitate sodalis potius vtatur: aut hoc qd.s. ego facio ita familiariter agẽdo cum patre est ne.i. vtrum significat me esse filium.i. vti timore filiali quo solent angi filij apud parẽtes de vitijs respõsuri si pater meus esset frater aut sodalis.i. conuictor pari familiaritate vtens: ⁊ qui soleret velut familiaris socius mecũ in mẽsa victitare qui.i. quomodo qua ratione qua re magis morem gereret.i. magis cõplaceret q̃ cõplaceat. Non.i. nõne. q.d. si hic.s. pater talis est amandus.i. amore dignus hiccine.i. vtrum hic pater non est gestandus.i. fouendus portandus in sinu.i. inter brachia si quando debilitate confectus egeret vt portaretur cum sit talis dignus est qui gestari deberet in amplexu brachiorũ. Hem interiectio admirantis vel anxi ac timentis offendere. itaqꝫ.i. ⁊ sic si sint duo verba: vel ideo si vnũ iniecit mihi.i. incussit intulit irrogauit mihi adeo.i. valde magnam curam.i. sollicitudinẽ sua cõmoditate: sua oportunitate: sua mititate ac benignitate. sua bonitate ⁊ clemẽtia ne.i. q̃ non faciã in optatiuo forte.i. casu aliquo imprudẽs.i. per imprudentiam id sup. quod nolit me facere: ego sciens.i. animaduertẽs. ⁊ attentens. cauebo.i. prouidebo ne quid faciam quod nolit: sed cesso.i. nimis tardo ire intro: ⁊ ideo celeriter vado ne.i. vt non egomet sim mora.i. sim retardatio meis nuptijs.

potes. Eschinus. Dij me pater omnes oderint: ni magis te q̃ oculos nũc amo meos. Mit. Quid q̃ illam. Eschinus. eque. Mit. perbenigne. Eschi. quid vbi est ille milesius. Mitio. abijt perijt nauem ascẽdit sed cur cessas. Eschinus. pater abi: tu potius deos cõprecare. nam tibi eos certo scio (quo vir melior multo es) quã ego obtẽperaturos magis. Mitio. ego eo intro vt que opus sunt parentur: tu fac vt dixi si sapis. Eschinus. Quid hoc negotij est: hoc est patrẽ esse: aut hoc filium esse si frater aut sodalis esset q̃ magis morẽ gereret: hic nõ amãdus hiccine nõ gestãdus in sinu est hem itaqꝫ magnam mihi iniecit adeo sua cõmoditate curam ne forte imprudẽs. faciam quod nolit: sciẽs cauebo. Sed cesso ire intro: ne mora meis nuptijs egomet siem.

Demea solus.

¶ Demea quem instituerat Syrus vt fratrem quereret per vrbem totus fatigatus hec conqueritur de Syro: quo non significate ⁊ plane locum in quo esset frater descripserit.

¶ Ascensius.

Illud responsum mitionis. abijt perijt nauem ascendit vt Dona. argute interpretatur ridẽdi ore dictum est vt intelligat Eschinus Mitionem ioco non serio de milesio id dixisse: quoniam is nullus fuerat. Uideri autem debet Demea priusq̃ eschinus discessit.

DEfeſſus ꝛc. Hic demea quē inſtituerat ſyrus vt quereret fratrē per vrbē totꝰ defeſſus hic cōqueriť de ſyro q̄ nō ſignāter mōſtrauerit locū in quo eſſet frater. De. ſolus anhelās hic demea ſecum loquiť defeſſus ſum. i. valde feſſus ſum ambulādo: vt. i. vtinā o ſyre magnꝰ iuppiter ꝑdat. i. deſtruat te cum tua mōſtratione ego perreptaui. i. lēto paſſu inceſſi: q꞉ ſenex per totū oppidū. i. per totā vrbē athenarū: vſqꝫ. i. cōtinue ſine vlla intermiſſione laboris: nullaqꝫ quiete interiecta vel vſqꝫ ad portā vſqꝫ ad lacū quē mihi dixerat ſyrꝰ: quo. i. in quē locū vrbis non perreptaui inq̄ꝫ vel ſic dicas: quo. i. in quo loco vrbis ſcꝫ ad portā ꝛ lacum nō erat neqꝫ vlla fabrica. i. officina fabri neqꝫ quiſq̄ꝫ homo agebat ſe vidiſſe fratrē mitionē ꝛ hoc modo aſtruēdo tres negationes non plus efficiunt q̄ꝫ due. Uero. i. ſed nūc certū eſt mihi ſcꝫ. i. deliberatū eſt apud me ꝛ decretū obſidere. i. ſedere tāq̄ꝫ in aliqua obſidione domi. i. in domo fratris vſqꝫ. i. aſſidue: ꝯtinue donec. i. quouſqꝫ frater redierit. i. ſit reuerſus et bene obſidere inquit tanq̄ꝫ iratus ſit fratri ꝛ repente eū aggreſſurus cū primū venerit. Reptare ſignificat tarde incedere ſeu lento paſſu ambulare: vt faciūt ſenes amplius ingredi nō valētes: tardus enim inceſſus non perambulatio: ſed perreptatio dici debet.

DEfeſſus ſum ambulando: vt ſyre te cum tua monſtratione magnus perdat iuppiter: perreptaui vſqꝫ omne oppidū ad portā ad lacū quo non nec fabrica illic vlla erat ne fratrē homo vidiſſe ſe aiebat quiſq̄ꝫ nunc vero domi certum obſidere eſt vſqꝫ donec redierit.

Mitio. Demea ſenex.

☞ In hac ſcena exēplū eſt intēpeſtiue obiurgationis Demee aduerſum Mitionē. Proindeqꝫ admodū ridicula. Nā que noua et inaudita Mitione referre ſtuduit oia priꝰ melius ipſo Demea nouit quē ꝓfecto rotūdis ſalibus: q̄ꝫ feſtiue vrbaniter ꝛ facete irridet. Certum in calce ſtomachoſa Deme. in Mitionis mores exclamatio continetur.

IBo illis dicam nullā eſſe in nobis moram. Demea. eccū ipſum te iādudū quero mitio. Mit. quid nā? Demea. fero alia flagitia ad te ingentia boni illius adoleſcentis. Mitio ecce autem. De. noua capitalia. Mit. ohe iam deſine. Demea. Ah neſcis qui vir ſit. Mitio. ſcio. Demea. ah ſtulte: tu de pſaltria me ſomnias agere hoc peccatū in virginem eſt ciuē. Mitio. ſcio. Demea. Eho ſcis ꝛ pati tere? Mitio. quidni patiar? Demea. Dic mihi nō clamas? non inſanis. Mitio. nō (malū) quidē. De. puer eſt natus. Mitio. dij bene vortant. Deme. virgo nihil habet. Mitio. audiui. De. ꝛ ducēda indotata eſt? Mitio. Scꝫ. Demea. Quid nūc futurū eſt? Mit. id enī q̄ꝺ res ipſa fert: illinc huc transferet virgo. De. o iuppiter iſtoc ſine pacto opꝫ. Mi. q̇d faciā amplius. De. q̇d facies: rogitas: ſi nō ipſa re tibi iſtuc dolet: ſimulare certe eſt hoīs. Mit. q̇n iā virginē deſpōdi res cōpoſita eſt fiūt nuptie: dēpſi metū oēm: hec magis ſunt hoīs. De.

Aſcenſius.

QUo non. i. quo non perreptaui: quaſi dicat nullo ꝛ ita quolibet ſeu in quēlibet locum. Multā autē vim habet tale genus interrogandi. Non autē dico: quo. i. in quo loco: quia ſequitur illic.

IBo illis ꝛc. In hac ſcena eſt exemplum intēpeſtiue obiurgationis ꝛ per hoc ridicule Mi. Ibo ad ſoſtratam dicam illis matri et filie nullam eſſe moram in nobis me et filio. Demea. Cōſtituerat din illic domi obſidere ſed interea vidit fratrem dixitqꝫ: ſed eccum. i. ecce hic prope ipſum fratrem o mitio quero te et non quero pro te iādudum. i. ex multo ante tēpore. Mi. quidnā. i. cur querebas me Demea. fero. i. affero ꝛ in pectore geſto recondita alia flagitia ingentia. i. enormia illius boni adoleſcentis. boni dixit per ironiā quē flagitioſiſſimū intelligat. Mit. aūt. i. ſed ecce. i. adeſt repētinū malū ꝛ turbatio gaudij. Ecce diciť cū repente aliquid triſte rebus interuenit letis aut certe q̄n cum aliud agitur aliud emergit nouū. De. fero inq̄ꝫ flagitia noua. i. recentia vel mira ſeu magna ꝛ capitalia. i. ꝓpter que qui admiſit dignus ſic capite plecti. Mit. ohe interiectio oſtendēs tedium afferri iam. i. nūc deſine. i. deſiſte iſta inculcare ꝛ loqui. De. ah interiectio dolētis neſcis qui. i. qualis vir ſit. Mitio. ſcio qui vir ſit. De. ah hic quaſi ridētis eſt o ſtulte. i. inconſiderate tu ſomnias me agere. i loqui de pſaltria que fuit rapta a lenone: hoc peccatū. i. flagitiū hoc quod fero eſt. i. extat in virginē. i. erga vel cōtra virginē ciuem atticā. ſ. ac ꝓpterea graue ꝛ capitale ꝑ leges. Mitio. ſcio etiā illud demea. eho. iteriectio iraſcētis nūc enī ipſi mitioni iraſciť nō ſolū eſchino. Scis. i. cognoſcis illud flagitiū eſſe factū ꝛ patere. i. pateris ſeu permittis ꝛ fers. q. d. nō deberes. Mit. q̇dni. i. cur nō patiar ꝑſertim cū mederi nō poſſim. De. dic mihi nō clamas. i. vociferas aduerſus eſchinū iurgijs ꝛ improperijs nō inſanis. i. nō verteris in furiā cū cernis. mitio. nō q̇dē. i. nō etiā dico ſup. illi eſchino malū verbū. i. moleſtū aliq̇d ꝛ nō malui vt legi in aliquibꝰ codicibꝰ. Nā donatꝰ malū dicit: nec etiā coheret ſenſus. De. Puer natꝰ eſt ex pāphila. ſ. Mi. dij bn̄ vortāt. i. q̄ꝺ dici ſolet: bn̄ poſſit euenire ſeu bn̄ feliciterqꝫ eueniat vel, dij cōuertāt rē vt optamꝰ vel vt norūt nobis expedire. Hoc aūt dictū frequēs eſt apud comicos. Dij bn̄ vortant q̄ꝺ agas plerūqꝫ enī bona in peiꝰ mala mutanť in meliꝰ. De. virgo pāphila nihil hꝫ. i. eſt pauper. Mi. audiui. i. intellexi eā nihil habere. De. ꝛ ipſa virgo eſt ducēda. i. capiēda in vxorē: indotata. i. ſine dote. Mi. ſcꝫ. i. certe eſt ducenda indotata. De. quid nunc eſt futurū de hac re. Mitio. enī. i. certe futurū q̄ꝺ ipſa res. i. ipſa neceſſitas fert. i. affert ꝛ poſtulat ſeu compellit. Uirgo. i. ipſa pāphila q̄ prius erat virgo anteq̄ꝫ ab eſchino ſtupraret trāſferret. i. traduceret illinc. i. ex domo ſua huc. i. in domū noſtrā. Demea. Proh iuppiter iraſcētis exclamatio tragica potius q̄ꝫ comica quaſi ſit teſtor te iouē id ita fieri nō debere. Iſtoccine. i. vtrū oportet fieri ſupple nuptias iſto pacto. i. iſto modo quē dicis etiam ſine dote. Mit. quid faciam amplius. i. vltraq̄ꝫ feci vel quid preter nuptias a me fieri poteſt. Demea. rogitas. i. petis q̇d facias: ſi iſtud. ſ. nuptias fieri indotatas non dolet tibi. i. non eſt tibi dolori re vera vel re ipſa. i. ipſo effectu ꝛ in rei veritate. Do. tamen dicit ibi re capi pro vtilitate. Si ergo re vera tibi iſtud non dolet certe. i. ſaltem eſt hominis. i. ſpectat ad hominem ꝛ congruum ꝛ decens ꝛ licitum eſt homini ſimulare. i. fingere dolorē in tali re gratia vtilitatis ſui ꝓpinqui: nō q꞉ hominis dicat eſſe mentiri ſed quia ſepe iracūdie ſimulatio cuſtodia eſt diſcipline mitio. quin. i. quinimmo: immo vero ſeu atqꝫ etiā iam deſpondi tanq̄ꝫ ſocer futurus filio meo petiui illam filiā deſpondet enim puellam qui petit: ſpondet aūt a quo petitur inde ſequunť ſponſalia ꝛ ſpōſus ꝛ ſpōſa ꝛ actiōes ex. ſpōſu: vt ait Gelliꝰ, res. i. negotiū de coniugio eſt cōpoſita. i. pacta

trāsacta cōfecta nuptie fiūt dēpsi ꝑteritū a demo demis.i.abstersi oēm metū.Hec q̃ facta sunt magis snut hoīs.i. ma=
gis decēt hoiez ⁊ spectāt ꝗ id qd dixisti.i.simulare.nā simulatio ⁊ mēdaciū nō cadūt in virū bonū.De.ceterū.i.sꝫ o mi=
tio factū istud de cōiugio indotato placet ne tibi.i.ꝓbas tu illud.Mit.non placet mihi si queā.i.si possum mutare nūc
cū non queo mutare fero equo aīo.i.patienter neqꝫ me ob id excruciandū duco.vita hoīꝫ est ita.i.eiusmodi vt corrigas
i.corrigat aliqs scda persona ꝓ tertia hoc est vt aliquis in re ctū reducat arte.i.calliditate consilio hic qd accidit supp.

cetex placet tibi factū mitio. Mit. nō si queā mutare:
nūc cū nō queo equo aīo fero ita vita est hoīm quasi cū
ludas tesseris: si illud qd maxime op⁹ est iactu nō ca=
dit illud qd cecidit sorte: hic arte vt corrigas. De. cor=
rector nēpe tua arte viginti mine ꝑ psaltria periere: q̃
(ꝗtum pōt) aliquo abijcienda est si nō pretio vel gra=
tis. Mi. neqꝫ est neqꝫ illam sane studeo vēdere. De. q̇d
igitur facis? Mi. domi erit. De. ph diuū fidē meretrix
⁊ materfamilias vna in domo. Mi. cur nō. De. sanuz
ne te credis esse. Mi. eq̇dem arbitror. Dem. ita me dij
amēt vt video tuā ego ineptiam facturuz credo vt ha=
beas qui cū cantices? Mi. cur non. De. ⁊ noua nupta
eadē hec discet. Mi. scꝫ. De. tu inter eas restim ductās
saltabis. Mi. ꝓbe ⁊ tu nobiscū vna si opus sit. Dem.
hei mihi non te hec pudent. Mi. iam vero omitte de=
mea tuam istam iracundiam atqꝫ ita vti decet hyla=
rem ac lubentē fac te in gnati nuptijs ego hos conue=
niam post huc redeo. De. o iuppiter hanccine vitam:
hoscine mores hanc dementiam: vxor sine dote veniet:
intus psaltria est: domus sumptuosa adulescens luxu
perditus senex delirans. Ipsa (si cupiat) salus saluare
prorsus non poterit hanc familiam.

Syrus. Demea.

Hic syrus egregie compotus inducitur: exultans se laute oppi-
pateqꝫ cenatum esse. Quem Demea ob temulentiaꝫ mordaciter im
petit ⁊ obiurgat. Attendatur hic etiam exemplum licentie seruorū
submitti dominio degentium.

Edepol Syrisce te curasti molliter lauteqꝫ mu
nus administrasti tuum: abi: sed postꝗ intus
sum omnium rerum satur prodeā bulare huc

quasi.i.tanqꝫ cū ludas tesseris.i.talis si illud qd
maxime opus est.i.qd plurimū requiritur ad hoc
qd lucrifiat.nō cadit in alueolo iactu.i.proiectio
ne tessere vel iungi pōt iactu cum opus sit: si il=
lud qd op⁹ est iactu nō cadit opta tibi lector vtrū
uis: ita est sup.ludus: vt tu corrigas inqꝫ arte.i.
astutia calliditate cōsilio industria illud qd forte
cecidit iactu tessere neqꝫ statiꝫ ꝓpterea deserend⁹
est ludus: ⁊ ideo vt recte intelligatur sic dicendū
est: ita est vita hoīm vt corrigas.i.emendes id qd
accidit arte.i.consilio ⁊ industria quasi cū ludas
tesseris si iactu tessere illud qd maxime opus est
nō cadit ita est sup.ludus vt corrigas arte qd sor
te cecidit. Demea corrector.i.dicis esse corrigēdū
arte qd accidit. O corrector.q.d. qualis corrector
tu es ridendo eū qualis emendator illius in quo
est erratū nēpe.i.certe tua arte.i.tuo cōsilio ⁊ tua
correctione viginti mine.i.libre viginti periere.i.
ꝑdite fuerūt ꝓ psaltria q̃ psaltria est abijcienda.i.
detrudenda eijcienda aliquo.i.in aliquē locū ꝗ=
tū pōt.i.ꝗ celerrime pōt abijci vel ꝗtū fieri pōt:
vt abijciat si nō pretio est abijcienda.i.si nō vēda
tur alicui qui det pretium quo constitit: vel.i.sal
tem vel etiā gratis.i.sine pretio aut vēditione est
aliquo eijcienda. accedente noua nupta. Mi. neqꝫ
est.i.neqꝫ expedit: neqꝫ sane.i.certe studeo.i.volo
cupio: laboro vēdere illā vel sic neqꝫ est abijcien=
da gratis neqꝫ studio vendere illā. De. igitur q̇d
facis ex illa. Mi. ipsa erit domi mee. De. ph fideꝫ
diuū est.i.diuoꝝ.i.imploro sup.fidē.i.opē diuoꝝ
meretrix ⁊ materfamilias.i.vxor honesta quā ab
alijs mores discernūt erit vna.i.simul congregā=
di aduerbiū est in domo: vel melius erit in vna
domo.idest sub vno tecto. Mitio. Cur non erit
in vna domo meretrix ⁊ materfamilias. Demea.
ne.i.vtrum credis te esse sanum.i.sane mētis seu
animi compotē qui talia dicis. Mit. equidē arbi=
tror me esse sanū. De. ita dij ament me iurātis est
⁊ asseuerantis credo te esse facturū.s.vt vna sint
in domo vt habeas q̇ cū.i.cū qua cantites.i.fre=
quenter cantes more puellorū cū iā sis senex: vt
i.ꝗtū ego video.i.ꝑspicio tuā ineptiā.i.tuam fa=
tuitatē ⁊ inconsiderationē. Mi. cur nō facerē scꝫ
De. ⁊ noua nupta discet hec eadē que fiēt a psal=
tria. Mi. scꝫ.i.certe discet illa eadē. De. tu ductans
i.frequenter ducens ⁊ agitans restim.i.funē sal=
tabis.i.qd dicunt tripudiabis inter eas.s.nurus
⁊ psaltriam more pueloꝝ ⁊ puellarū: que conne=
xis manibus choros ducentes restim ducere exi=
stimantur. Alij dicunt hunc luxū esse natū ab eo
fune quo introductus equus ligneus in troiam est cū connexis manibus funecoꝝ ducunt saltantes. Restis facit re
stem vel restim in accusatiuo singulari qd vnicuiqꝫ liquet. Mi. probe.i.pulchre id faciam vt tu saltabis vna nobiscum
si sit opus. De. hei mihi.i.dolor inest mihi vel dolore afficior ob hanc rem. Hec dicta tua vel hec inhonesta facta nō pu
dent te.i.non afficiunt te pudore interrogatiue legendo vbi pudent personale est verbum a pudeo es. habetqꝫ accusa
tiuum post se: vt hoc pudet me.i.affert mihi pudorem. Mit. o demea iā vero.i.preterea: vel si nunc omitte.i.amoue di=
mitte a te istā.i.istā hanc iracundiā tuā: ira vt ait Do. est de causa: iracūdia vero est de vitio multū irascentis atqꝫ fac
i.labora efficere te hilaꝝ ꝓ hilarē antiq: nā antiq dictarūt hilar⁹ ra.rū. ac lubētē.i.boni animi in nuptijs gnati tui vti
decet.i.honestū est te esse hilarē ⁊ lubentē ego coueniā.i.alloquar hos quos ei oñdebat quosqꝫ illo q̇ volebat post.i.
deinde redeo huc ad te. De. o iuppiter hanccine.i.vtrā decet sup.hāc vitā esse sup.vel agi vel duci hoscine.i.vtrū decet
hos.i.tales mores ꝑditos esse.i.ꝑseuerare in hoīb⁹ decet ne inqꝫ hāc demētiā.i.hāc insaniā esse subaudi vxor veniet si
ne dote psaltria est intus dom⁹.i.familia hoc est hoies de familia est sumptuosa.i.auida sumpt⁹ ⁊ multa cōsumēs, ac
expendēs adulescēs eschi.est perditus luxu.i.libidine ⁊ lascivia senex.s.mitio est delirās.i.desipiens.⁊ a recta lira seu
a recto tramite discedens. Si ipsa salus quasi q̃ fit de ea queadmodū cōcordia victoria pax ⁊c. cupiat seruare ⁊ saluare
conseruare incolumen: hanc familiam prorsus.i.omnino non poterit seruare eam inqꝫ.

Edepol ⁊c. Hic ebrius inducitur syr⁹ adeo vt syriscū se dicat: nō syrū: alloquit primo seipsuz. o syrisce edepol
iurandi aduerbiū curasti.i.tractasti te molliter.i.delicate ⁊ administrasti.i.exercuisti laute.i.oppipate: abū
de: delicate. tuum munus.i.tuū officiū edendo q̇cq̇d esset lautū ⁊ ciatos sorbilando. Abi sibi ipsi dicit cū blā
dientis laudatione. nā sic dicūt qui iā cōpotes sunt votoꝝ oīꝫ ꝑfectiqꝫ sibi videntur in reb⁹ vniuersis post
ꝗ sunt intus satur.i.ingurgitatus refertus replet⁹ oīm rerū.i.oīm ferculoꝝ: libitum est.i.placitū est siue

placuit. Idē em̄ sunt libitū est ⁊ libuit placitū est ⁊ placuit. Posset hic forsitā libitū est capi ꝓ presenti .i. placet tanq̄ libitū esset nomē queadmodū ⁊ placitū vt diximus dictiones impositas fuisse ad placitū tūc cū diceret hoc est placitū meū nomē est placitū. sic existimo revera hic ita capiēdū libitū vt sit nomē: ⁊ tunc sensus est p̄sentis sic. est libitū meū .i. placitū meū vt ita dicā: prodeambulare .i. prodeambulare due prepositiones vni dictioni adiunguntur: vt Vergi. pede pro subigi terrā. De. vide .i. cōsidera animaduerte illud qđ sequit̃ vcȝ qđ supple sis exēplū discipline alijs cōseruis quos etate precurris sic eos exemplo discipline ⁊ boni modi viuēdi p̄cedere debes. et bn̄ ait discipline. vult enim demea vt alij discāt ex eo quonāmodo sit honeste seruiēdū. Sy. aūt .i. sed ecce noster senex .s. demea adest hic: qđ fit qđ agit̃ quid .i. cur es tu tristis. De. Ohe interiectio affecti tedio ⁊ indignatione ꝓpter ebriū seruum inepte colloquētē cū viro honesto. Scelus .i. o scelerate serue. Sy. eho interiectio hic quasi ridētis: iam .i. statim o sapiētia ridet cū iam tu fundes .i. sine cessatione ꝓferes aue etiā innanū ꝓdes hic verba cū nemo tibi sit obtemperaturus. De. si tu esses meus seruꝰ. Deinde interrupit sermonem seruꝰ. Syr. esses dis .i. diues. hic et hec dis ditis si tuus essem .s. o demea ac stabilisses .i. cōfirmasses corroborasses siue ꝯsolidasses ⁊ auxisses rē tuā .i. tuam rē familiarē siue tuam substantiā. De. prosequitur quod inceperat si tu esses meus curarē vt esses exēplū oībus alijs seruis ne inebriarent̃. Sy. q̄obrē .i. quare qđ feci. De. rogas .i. petis o scelus .i. scelerate serue potastis quasi ceteri serui vna potarint vel q꞉ alijs esse exēplū deberet: satis ergo potastis .i. bibistis ī ipsa turba .i. in ipsa turbatione ⁊ in maximo peccato qđ pctm̄ vix .i. quasi nōdū est sedatū .i. peccatū: ⁊ potastis ergo quasi re bene gesta .i. quasi res bn̄ se habuisset: nec fuisset crimē admissuȝ vt fuit: quasi dicat vestra ebrietas ostendit vos nō esse sollicitos de factis filiorum quibus pedagogi cōmissi estis. Syrus. sane .i. certe nollem hunc exitum .i. vellem non exiuisse huc ad deambulandum quoniam demee iurgia non subijssem.

libitū est. De. Illud vide si sis exēplū discipline. Syrus. Ecce aūt adest senex noster: qđ fit. Quid tu es tristis. Dem. ohe scelus. Syr. Eho. iā tu verba fundis hic sapientia. De. Tu si meus esses. Sy. Dis quidē esses. De. Ac tuā rē stabilisses. De. Exemplū oībus curarem vt esses. Sy. q̄obrem. Quid feci. De. Rogas in ip̄a turba atq̧ in pctō maximo (qđ vix sedatū est) potasti satis scelus quasi re bene gesta. Sy. sane nollē hunc exitum.

Dromo puer. Syrus Demea.

In hac scena interuētu cuiusdā parasiti seu comessatoris. Ctesipho adulescēs a patre suo Demea deprehēsus esse ostenditur.

Heus syre rogat te Ctesipho: vt redeas. Syrus. abi. De. quid ctesiphonem hic narrat. Syrus. nihil. De. eho: carnifex est Ctesipho intus. Syr. non est. Dem. cur hic nominat. Syrus. est alius quidē parasitaster paruulus. Nostin. De. Jam scibo. Sy. Quid agis: quo abis. De. mitte me. Syrus: noli inquam. Dem. Non manū abstines mastigia. an tibi iam mauis cerebrum dispergi hic. Syrus. abijt edepol comessatorē haud sane cōmoduȝ presertim ctesiphoni. Qui ego nunc agam: nisi dū he silescunt turbe. interea in angulū aliquo abeam. atq̧ edormiscam hoc villi: sic agam.

Quintus actus.

Mitio. Demea senex.

Ascensius.

De.alloquitur eschinū si sis.i. si esse volueris homo aut si credi volueris hō hic.s. Mitio.faciat.i. ducat hanc Sostratā socrū tuā. Eschi. o mi pater blāditur ei.q.d.obtempera petitis: sed interrupit mitio eius sermonē increpās eum. Mit.aūt.i.sed o asine aptū cōuitiū grādi ⁊ fatuo quid.i. cur auscultas.i.obedis prebes aures huic patri tuo naturali Demee in hac re.De.nihil agis.id est nihil proficis ita alienum ab ea re te prestāda non pōt aliter fieri:quin eam ducas.Mit.deliras.i.deuias discedis a recta mente ⁊ tuo destitueris bono sensu.Eschi.o mi pater sine.i.permitte vt sup.exorem te.i.te vincam ꝑsuasione mea seu tibi persuadeā. Mi.insanis.i.insanum te ostēdis desipis.De.age hortantis aduerbium queso.i.rogo te da veniam filio.i.p̄sta illi hoc beneficiū concede qd petit.Mi. satin.i.satis ne es sanus.i.mētis cōpos ego fiam. id est efficiar demū.q.d. tarde. est enim hic aduerbium tarditatis ego ne fiam demū maritus nouus.i.nouus nuptus nouus spōsus anno quinto ⁊ sexagesimo.i.cum sim nat⁹ quinq̄ ⁊ sexaginta annos:vbi minor numerus maiori preficitur: atq̄ ducam.i.capiam in vxorem anum.i. vetulam decrepitā.i.vltime senectutis : vel quia stomacho seu animo sit anili ⁊ iracundo:⁊ ideo valde crepat id est iurgia effutit ⁊ clamat:vel qr sit obtusi animi ⁊ lese senectutis vel qd sepe familia sua crepuerit planctu.i.clamauerit sibi moribūde: vel vt Festus inquit dicitur qd propter nimiam senectutē nec mouere se pōt nec vllum facere crepitū ne.i. vtrum estis mihi auctores.i. suasores seu dissuasores id.i.ad id faciendū scz ad ducendam anum decrepitā vel id.i. propter illa incōmoda que dixi estis mihi auctores.i. consulitis mihi. Eleganter enim dicitur tibi sum auctor vt hoc facias.i. tibi suadeo seu consulo vt hoc facias:ita enim ait Cicero in suis epistolis primi libri ad Lentulū:tibi tamen sum auctor vt si quibus rebus possis eum tibi ordinē aut reconcilies aut mitiges. est enim penultima clausula ipsius Cice.in penultima epistola primi libri. ad Lentulum.Eschi.O pater fac quod rogamus ego ꝓmisi illis.s.Sostra.⁊ Hesioni et filie te.s.facturū et socrum in vxorē ducturū. Mit.autē.i.sed promisisti illis : id de me o puer.i. tu adhuc imprudēs ⁊ pauca expertus.largitor in futuro impatiui.i. fac promissiones tuas. ⁊ tuas largitiones seu largitates de te ⁊ nō de me.De.age.hic age correptiuū est:quid facias sup.vel dicas si filius eschi. oret te aliquid maius.i.petat a te aliquid maius.vbi oro more suo iūgitur duob⁹ accusatiuis.Mi.quasi.i.qd dici solet.q.d. ꝙ hoc qd petit non sit maximū.Demea.da veniam.i.presta hoc beneficiū ⁊ cōcede qd petitur siue indulge petēti ⁊ permitte te exorari.Eschinus.ne grauere.i.ne tibi sit graue ac molestū id facere vel ne te difficilē ⁊ inexorabilē prestes in hac re:nam grauē se prebet qui id facile nō prestat in bn̄ficio quod pōt.De.fac quod petitur saltē promitte te facturū. Mit.nō omittis.i.nō cessas nō desistis hoc suadere eschi.nō omittam.sup. nisi exorem te.i.persuadeā tibi. Mit.quidē id est certe hec efflagitatio est vis.i.violētia coactio impulsio.De.o mitio.age.i.erūpe in actionē ꝓlixe.i.benigne liberaliter large.Mi.⁊ si.i.q̄uis hoc.scz ducere anum videtur mihi prauum.i.distortū non rectū ineptum.i. stultum indecens absurdū.i.inconueniēs inconsentaneū incongruum ⁊ alienū.i. abhorrēs remotū dissidēs discrepans a vita mea quam semper transegi celibē.Si tantopere.i.tam vehemēter vultis.i.cupitis hoc videlz vt ducam vxorē:fiat.i.consentio non mea spōte sed vt vobis satisfaciā.Eschi.bene facis cum vis quod petimus merito.i.nō sine causa amo te:quia bene meruisti.De.verū.i.sed quid ego dicā cum.i.quia vel quādo hoc quod volo fit.quid nūc modus interrogādi.q.d. quid nūc agendū est?quid restat.i.quid sequitur vel quid reliquū est quod nō fuerit obtentum vel qd petatur.Deinde animaduertit aliquid esse petendū quod subdit:hegio est cognatus ꝓximus his Sostrate ⁊ filie:est aūt affinis.i.propinquus,ꝑpter nuptias nobis pauper.i.qui nō abundat diuitijs:decet.i.honestū est nos benefacere illi aliquid.i.per aliquid vel in aliquo vel bene decet nos facere illi aliquid.i.aliquod bonū vt dicunt.Proximus dixit ⁊ affinis ⁊ cognatus.Nam multi sunt gradus ⁊ veluti rami propinquitatis in affinitate ⁊ cognatione dispositi:Insuper cognati vxoris sunt affines mariti et e diuerso. Mi.quid decet nos inq̄ facere illi?De.Paululū agelli.i. possessiuncule prediol i est hic sub vrbe.i.in suburbanis quod paululum agelli locitas.i.frequēter locas vel capiatur pro primitiuo foris.i.nescio cui alieno ⁊ foris posito:locū aūt posuit pro ꝑsona.demus huic egioni pauperi hūc agellum.qui vel sit abltūs pro quo fruatur.i.alatur vel qui.i.vt fruatur.i.alatur illo. vel qui sit ntūs sic demus hegioni qui scz hegio fruatur.i.alatur illo:

fruatur dixit pro alatur siue fructu vtatur nō proprietate potiatur: a frumine dici videtur: quia frumē dicitur summa gutta per quā lingua cibū dimittit in ventrē. Mitio. autē. i. sed dicis sup. id esse paululū quod illic est. De. etiā si multum sit illud qd est agelli: tamē faciēdā est. i. facere oportet videlz vt eo fruatur. ipse hegio est huic. scz filie vel etiā Sostrate pro patre. i. loco patris q̄tum ad affectionē preterea ipse est vir bonus ac propterea alendus est etiā noster. i. nobis affinitate iunctus recte datur. i. recte collocatur apud eum beneficiū cum ꝛ bonus sit ꝛ noster. Postremo. i. tandem facio illud verbū. i. illud dictū illā breuē sententiā loquor ꝛ in mediū effero non meū. i. nō ex me inuentum neq̄ primo proficiūt qd verbū. i. dictū tu mitio dixisti dudū. i. pauloante bene. i. iuste ꝛ cū equitate ꝛ sapiēter. i. cum magna sapiētia hoc est verbū illud tuū vitiū qd sequitur est cōe omniū. i. omnes lōge lateq̄ corrūpit ꝛ cōtaminat: dicimus aūt cōmune, omnibus ꝛ cōmune omniū cum dtō et gtō tale est vitiū scz q in senecta. i. tēpore vel etate senectutis sumus nimium attenti. i. plus equo animo incūbentes inhiantes ad rem. i. ad pecuniam congerendā ꝛ rem familiarē augēdam: seu ad singularē vtilitatē: nos decet effugere. i. vitare euadere hanc maculā. i. hanc labem cupiditatis. nam sordes hominis auari dicūtur ꝛ sordid⁹, ipse auarus id verbū est vere dictū et bene dixit vere: nam vt testatur Uar. verba a veritate dicta sunt: ꝛ oportet id verbū fieri ipsa re. i. deduci ad affectum ita vt nō verbo tenus sit dictū. Mitio. quid istuc est. scz. q. d. vidēs se victū proprijs verbis quidē. i. certe ille agellus dabitur hegioni. Eschi. O mi pater blandiētis est dictū ꝛ vultuose applaudentis. Demea. nūc est mihi germanus. i. frater vterinus et animo ꝛ corpore. scz q̄tum ad animū ꝛ corpus est alter ego: nam respōdēs omnibus votis meis: dicitur eñ frater quasi fere alter. Mitio. Gaudio esset tibi sic gratū vt talia dicas. Demea. iugulo. i. occido neco hunc fratrē gladio suo sibi ita gaudebant loqui veteres. ait Dona. est autem allegoria hoc est proprijs verbis suis eum vinco ꝛ supero ꝛ deturbo de sua sententia ꝛ conuerto in meā. Cum etiam videmus aliquem contra se locutū: ꝛ in verba sibi noxia eripuisse: vel quādo se prodidit suis verbis dicimus recte ille suo sibi gladio se iugulauit in quo dicto nō est opus addere sibi nisi quis antiquitatem velit imitari.

senecta attēti sumus: hanc maculam nos decet effugere dictū est vere ꝛ ipsa re fieri oportet. Mitio. q̄d istuc dabitur quidē: quando hic vult. Eschinus. Mi pater. Demea. Nūc tu es mihi german⁹ pariter ꝛ aīo ꝛ corpore. Mitio. gaudeo. Demea. suo sibi gladio hunc iugulo.

Syrus. Demea. Mitio. Eschinus.

☞ In vltima hac scena omnia iucūdo claudūtur fine: vbi ꝛ seruis libertas elargitur. ꝛ filijs ambobus mulieres optate conceduntur. Causam etiā mitioni refert Demea: cur tam repēte mores mutauerit vbi ꝛ seruulum corruptū per cōsuetudinē aspernendam carpit. Demum filijs sedulam posthac operam illam pollicetur.

FActū est quod iussisti demea. De. frugi homo es ego edepol hodie mea quidē sententia iudico Syrum fieri esse equū liberū. Mit. istūc liberū quodnam ob factū? De. multa. Syr. O noster dem. edepol vir bonus. Ego istos vobis vsq̄ a pueris curaui ambos sedulo docui monui bene p̄cepi semp que potui omnia. De. res apparet: ꝛ quidē porro obsonare cum fide scortū abducere apparare de die cōuiuiū. Non mediocris hominis hec sunt officia. Syr. o lepidū caput. De. Postremo hodie in psaltria istac emūda hic adiutor fuit: hic curauit oīa prodesse equū est. Alij meliores erūt. Deniq̄ hic vult fieri. Mi. vin tu hoc fieri? Eschi. cupio. Mit. Siquidē tu vis syre eho accede huc ad me. liber esto. Sy. bñ facis omnib⁹ gratiam habeo et seorsum tibi preterea demea. De.

Ascensius.

ILlud age prolixe. Mitio. preter expositiones quas Do. affert dictū mihi videtur a demea quomodo solemus dicere ad eos qui quod lubentes faciūt rogari volunt vt sit mitio age prolixe. id est adhibete difficilem et inexorabilem in re quam tuapte tamen voluntate facies.

FActum ꝛc. Hic omnia fine iucundo clauduntur vbi ꝛ seruo libertas donatur ꝛ ambobus filijs optate vxores conceduntur. Sy. o demea id quod iussisti est factū scilz maceria diruta est. Demea. tu es homo frugi. i. vtilis vel fruges interdū significat molestū edepol ego iudico equum esse. i. iustum: quidē. i. certe mea sententia. i. meo iudicio mea opinione syrum seruū fieri. i. effici hodie liberū. i. manumitti ac libertate donari. Mi. dicis equū esse istūc syrū fieri liberū: interrogatiue legendū est. deinde subdit ob. i. propter quodnā factū. i. propter qd factū equū est fieri liberū. De. ob sup. multa. i. propter multas causas. Sy. o noster demea edepol es vir bonus: ego curaui vobis. i. cure habui custodiui administraui moderatus sum tanq̄ pedagogus istos ambos Ctesiphonem: ꝛ eschinū vsq̄. i. assidue sine intermissione a pueris. i. ab incūte etate seu cum adhuc pueri essent docui. i. institui erudiui eos sedulo. i. instāter quasi sine dolo monui. i. admonui eos quid facere deberēt semp bene precepi. i. docui vel iussi tanq̄ custos eoꝝ omnia que potui precipere. De. res. i. effectus apparet. i. ante oculos est res in promptu ꝛ hoc dicit ridēdo eum: ꝛ quidē porro. i. certe particule sunt expletiue: dictū affirmātes: hec officia que sequūtur sunt hominis nō mediocris. i. spectāt ad maximū hominē ꝛ magni momēti pervireniam dixit. Hec aūt sunt officia vez obsonare. i. prouidere de obsonijs. i. de omnibus edulijs preter panē ꝛ vinū cum fide. i. fideliter prouidere de obsonijs est officiū magni viri. nam obsonor ris. vel obsono obsonas. vtrūq̄ eñ dicitur significat vel emere obsonia vel p̄uidere de obsonijs quas pittantias vocāt: vt si diceremus hic seruus optime obsonare nouit. i. scit bene emere obsonia neq̄ decipitur in emendo. inde obsonator dici posset vbi pittantiariū dicunt qui vez de obsonijs prouidet ꝛ eorū querendorū curā habet. hec sunt officia obsonare fideliter abducere. i. rapere a lenone scortū. i. meretricē. Itē apparere. i. parare disponere conuiuiū de die. i. repēte non ante predictū aut pridie cōstitutū. Sy. O caput lepidū. i. o homo iucunde ꝛ festiue seu vrbane: nam caput precipuā partē ponit pro homine toto. De. postremo. i. tandē hic seruus fuit hodie adiutor in ista psaltria emunda pro emēda. i. in emēdo istā puellā cantatricē hic seru⁹ curauit. i. curā animi prebuit vt cōpararetur psaltria ꝛ bono modo haberetur. equū est. i. bonū est ac decet prodesse ei. nam alij serui hoc facto erūt meliores: nam dabūt operam vt bene seruiētes sint libertatē cōsecuturi more istius. Deniq̄ hic eschinus vult hoc fieri. i. vt vult libertate seruus donetur. Mit. vin. i. vtrū vis tu hoc fieri. hoc dicit eschino interrogans cupiat id fieri necne. Eschi. cupio id fieri. Mit. siquidem. i. q̄ñ tu vis eho interiectio admonētis ꝛ attentionē incitātis. o syre accede huc a me. Deinde vt accessit eum manumisit inquiēs esto liber verba sunt iuris quibus manumittitur seru⁹. Sy. o Mitio bñ facis q me manumittis habeo gratiā. i. sum deuinctus seu obligatus omnibus. ꝛ p̄terea. i. preter alios. O demea gratiā habeo tibi seorsum: idest

separatim precipue particulariter. De. gaudeo eo q liber sis. Eschi. ꝛ. id est etiam ego Eschinus gaudeo. Syr. credo q ambo gaudetis mea libertate vtinam hoc gaudium fiat perpetuū.i. integrum solidum ꝛ nusq̄ interruptum: vt: id est ita vel quatenus videam meā vxorē. scilicet Phrygiam .i. sic appellatā a natione liberā vna mecum. De. quidem. id est certe cognoui vel inueni eam sup. optimam mulierem vel optas sup. videre vxorem tuā optimam mulierē liberā vel constat eam esse optimam mulierem. Sy. ꝛ quidem. i. certe hec vxor mea dedit hodie primam mām̄am tuo nepoti filio

gaudeo. Eschi. ꝛ ego. Sy. credo vtinam hoc ꝑpetuum fiat gaudium: phrygiam vxorē meam vt vna mecum videam liberam. De. optimā quidē mulierē. Syr. equidē tuo nepoti huius filio hodie primam mammam dedit hec. De. hercle vero serio siquidē primam dedit: haud dubium est. quin emitti equum siet. Mi. ob eam rem? De. ob eam postremo a me argētū (q̄ti est) sumito. Sy. dij tibi. De. omnes semper omnia optata afferāt. Mi. syre processisti hodie pulchre. De. siquidē porro. Mi. tuum officium facies atq̄ huic paululum aliquid pre manu dederis vnde vtatur reddet tibi cito. Mit. istoc vilius. Eschi. frugi homo est. Sy. reddam hercle. da modo. Eschi. age pater. Mi. post consulam. Dem. faciet Sy. O vir optime. Eschi. O mi pater festiuissime Mi. quid istuc: que res tam repente mores mutauit tuos. qđ proluuium? que ista subita est largitas. Demea. dicā tibi id ostenderē quod te isti facilē ꝛ festiuū putant. id non fieri ex vera vita: neq̄ adeo ex equo ꝛ bono: sed ex assentando indulgēdo ꝛ largiendo. Mitio. Nunc adeo si ob eam rem vobis mea vita inuisa eschine est. q2 non iniusta prorsus omnia omnino obsequor missa facio effundite: emittite: facite qđ vobis lubet: sed si id vultis potius que vos propter adulescētiam minus videtis magis impense cupitis: consulitis parum hec reprehendere ꝛ corrigere me: ꝛ obsecundare in loco: ecce me qui id faciam vobis. Eschinus. Tibi pater permittimus plus scis quid facto opus est. Sed de fratre quid fiet. De. sino habeat in istac finem, faciat. Eschi. istuc recte.

Ualete ꝛ plaudite Calliopius recensui.

C. P. Terentij poete Comici Phormio.

huius Eschini filij tui. De. hercle vero. id est at certe serio. id est remoto ioco extra iocum siquidē: id est si certe vxor tua dedit primam mām̄am filio huius: haud id est nō est dubiū quin sit equū: id est iustum eam emitti. i. extra seruitutem mitti. Mit. ob eam rem. i. dicis equum esse eam emitti propter eam causam: quasi dicat: nō est causa sufficiens. De. ob eam inq̄ rem equū est eam emitti. Postremo si nō vis id facere liberaliter sumito a me argentum quanti est. id est quanto pretio ipsa Phrygia valet. Sy. o Demea omnes dij ferant. id est prestant et afferant semp tibi omnia optata. id est desiderata tibi mitio. O syre pulchre processisti hodie: id est bene vt ita dicam prosperasti: hodie vel ad magnum bonum prouectus es. hodie qui te et vxorem manumitti obtinuisti. Dem. atq̄ si quidem. i. si certe dederis huic syro aliquid paululum pre manu quo vtatur. id est alatur de quo vsumfructum capiat ꝛ cuius tibi sortem reddat porro: id est proculdubio si hoc feceris facias tuū officium: id est id quod decet facere patronū. Ubi animaduerte pre manu posse exponi quēadmodum pre me: id est in comparatione mei. vt tu, es pre me beatus. ait Cicero. id est, in comparatione mei: et tunc si iungas cum paululum si dederis huic, aliquid paululum: id est aliquid qđ est res parua pre manu. i. in comparatione tue potentie: ꝛ tue liberalitatis ac promptitudinis tue in dando vel si intelligatur pre manu pro in promptu vt dici vulgo solet semper habet hec verba vt leges pre manibus pro in promptu recte an inepte ipsi viderint qđ si est ita iungetur cum dederis vt sit si dederis ei in prōptu aliquid paululū: aut si q̄s velit interpretari pre pro ante sic si dederis ei pre manu. i. ante manum vt dici vulgo solet vult me hoc dare ante manū qđ etiā legētiū iudicio relinquo. nam pre pro ante nō inueni nisi in cōpositione ꝑdico prepono. inuenio etiā pre in tali genere dicēdi lachrymatus est pre gaudio: pre timore recessit pre nimia multitudine exire nō potuit et in iam dicto modo vcȝ sic pre multis sumus felices: id est in cōparatione multorū. de illo autē genere dicendi vsitato habere pre manibus aliquid. i. in prōptu. fateor me non legisse neq̄ Priscianus assignat significationes hui⁹ particule ꝑponit alias a predictis nisi q etiam pre in compositione auget ꝛ adhibet maiorē vehementiam q̄ per. capiturq̄ pro valde vt ꝑpotēs prediues preclarus ꝛc. Si itaq̄ dederis ei aliquid quo vtatur ꝛ fungeris officio patroni et reddet tibi sortē et vsurā cito. i. propediem. Mit. ego sup. non dabo quicq̄ vel nihil dabo ei etiam vilius. i. minus vel minoris valoris istoc. i. ista re vilissima q̄ ei ostēdebat. Esch. q̄uis neges te daturum quicq̄ si ipse est homo frugi: id est bonus vtilis ac modestus. Sy. hercle reddam sortem cuius vtar fructu. da: id est prebe presta modo. i. vel tantūmodo vel modo pro nūc: vt sit temporis aduerbium. Eschi. o pater age. id est fac quod petit. id est da modo. Mi. ego consulam. id est deliberabo post. nam consulere interdum significat consultare seu deliberare: vt Lauren. sentit. De. ipse Mitio faciet quod petitur. Sy. O optime vir. de demea dicit vel de mitione. Eschi. O pater festiuissime: id est iucundissime lepidissime. Mit. quid istuc est: scilicet modus interrogandi que res mutauit tam repente tam subito tuos mores qđ: proluuium id est quis promptus animus ad largiendum proluuiū dixit profusione: quasi dicat que est ista profusio ꝛ prodigalitas tua? que ista: id est tua largitas subita. i. subito tibi exorta cum prius parcus esses. De. dicam tibi quare mutauerim mores vt ostenderem id. s. q isti filij mei putant te facilē. i. benignum ꝛ festiuum. i. iucundū vel isti potest esse dtūs singularis sic vt ostenderem tibi id. s. quod homines putant te esse facilem ꝛ festiuum isti filio Eschi. non fieri ex vera vita. id est ex vero modo viuendi immo vero fieri ex fallaci vita ꝛ deceptiua: vt sic dicam: et vt ostenderem id non fieri ex equo ꝛ bono. i. ꝫm quod est equum et bonum: sed fieri ex assentando. id est blandiendo verbis et ex indulgendo. i. plus equo promittendo sine concedēdo ꝛ ex largiendo. i. ex nimis largitione que est corruptio donis facta nunc adeo: id est certe vel valde scio eschine mea vita est vobis filijs meis inuisa. i. exosa ob eam rem. i. propterea quia non obse=

quor oīno.i.q: obsequēdo vobis nō permitto prorsus ista oia iniusta q̄ permittit frater missa facio.i. omitto oia let vobis dilapidāda relinquo effundite.i.dispergite emittite.i.extra manus vestras mittite bona vobis acquisita luxuriose vivēdo ⁊ perdēdo substātiā vestrā facite quodlibet vobis ꝑmissio plena amaritudinis. Sed si potius vultis id.s. me reprehēdere.i.improbare corrigere.i.emēdare castigare recta facere ⁊ obsecūdare.i. in melius cōuertere: vel vt alij volūt obsequi in loco.i. vbi oportunū ⁊ cōmodū erit siue in oportunitate ⁊ occasione: vel dic obsecūdare.i. prospera facere q̄ vos minus videtis.i.minus cōsideratis ꝙ deberetis vel minus pro nō capiat ⁊ que cupitis magis impēse.i.magis obnixe magis acriter seu vehemēter ꝙ est equū: ⁊ que parū cōsulitis.i. nō satis prouidetis seu prospicitis ecce me.i. habetis me in promptu ⁊ ante oculos qui scʒ ego faciā vobis id hoc est reprehēdā corrigam et obsecundabo. Eschinus. O pater permittimus tibi.i. tue volūtati ac dispositioni reliquimus scis plus ꝙ nos.s.quid est opus facto.i.facere. Sed q̄d fiet de fratre.i. de Ctesiphone. Desino.i.permitto qd̄ supple habeat psaltriā scʒ faciat finē.i.modū suo amori et sue libidini faciat in istac.i. in psaltria. Eschi istud recte fit supple vel dicitur.

¶ Valete.i. discedite incolumes plaudite.i. congratulamini poete ⁊ auctoribus ego calliopi⁹.i. poete defensor recēsui.i.recognoui hāc comediā vel vt alij volunt recitaui.

¶ Finis adelphorum.

¶ Megalēsibus. Lucio cornelio merula ⁊ Lucio posthumio albino edilibus curulibus. Agentibus lucio casio attilio: ⁊ lucio ambiuio: modos autē faciēte flacco claudij: tibijs seranis. Greca est appollodori. Epidicazomene greco nomie. Editaq; est quarto loco Marco Valerio ⁊ Gneo fannio consulibus.

¶ Argumentum phormionis.

Chremetis frater aberat peregre. Demipho relicto athenis antiphone filio chremes clā habebat Lenni vxorem ac filiam Athenis aliā coniugē: ⁊ amantē vnice natum fidicinam. Mater e lenno aduenit athenas: moritur virgo sola (aberat chremes) funus procurat. Ibi eam visam: antipho (cum amaret) opera parasiti vxorē accipit pater ⁊ chremes reuersi fremere. dein minas triginta dāt parasito vt illā coniugē haberet ipse argēto hoc emit fiducina: vxorē retinet antipho a patruo agnitam.

Prologus.

☞ Hic prologus concitatus est vtpote qui in Lucium lauinium poete emulū inuehitur: a quo grauiter lacessitus: paria referre molitur. Estq; hic initium spectatorem prouocans in odiū persone aduersarij coniunctum cum insinuatione ad beneuolentiam persone Terentiane conciliandam.

¶ Phormionis argumentum.

Chremes et Demipho fratres fuerunt quorꝝ Chre. fert habuisse duas vxores: alterā diuitē athenis: alterā pauperē lēni.i.in illa insula patria Vulcani ex diuite sustulit filiū Phedriam noie ex paupere vero suscepit filiā Phaniū noie. cōuenerat aūt Chremes cū fratre Demiphone qui vnū aliū antiphonē habeat vt dare nuptui Phaniū antiphoni: itaq; vt res ad exitū deduceretur. demipho iuit in ciliciā: ⁊ Chremes lēnum ad accersendam filiā. interea mater ⁊ filia venerūt athenas querēdi chremetis gratia: neq; eū inuenerūt qd̄ apud vxorē pauperem dicebat se noiari Stilphonē ⁊ apud diuitē chremetē: ꝑinde petētibus Stilphonē nemo ostēdere potuit morit illic paulopost mater remanente filia sola in cuius amorē forte antipho exarsit ⁊ opera parasiti eā duxit in vxorē: vbi aūt redierūt ambo senes inuenerūt antiphonē duxisse vxorem in absentia sua neq; sciebāt eā esse phaniū. Nā chremes vt eā genuerat: aut certe ex teneris annis eā nō viderat indignati senes admodū dederūt operā vt disiūgerent ⁊ vt eā phormio prasitus duceret vxorē. dedit Chre. phormioni noie dotis.xxx.minas quas phormio parasit⁹ dedit phedrie gratia cōparande citharistrie a lenone quam vehementer amabat. intera phaniū agnoscit filia chremetis ⁊ mutatū est cōsiliū ac nuptie cōfirmate: quo facto cepit Chremes repetere suas minas a phormione quas iā leno possidebat. Ut aūt vidit phormio chremetē sic acerbe exigētē ꝓdidit eū nausistrate ꝓprie vxori quā athenis habebat itaq; senex libidinis reus ab ea vxore nō ante veniā meruit ꝙ ⁊.xxx.minarū ⁊ amoris citharistrie veniam dedisset filio. Dicitur aūt hec fabula phormio quo vocabulo lingua greca stramen nauticū significatur ꝗ cuius vtilitate parasitus: etiā ab apollodoro phormionis nomine nuncupatur: estq; tota motoria et quasi in affectibus constituta vt satis liquebit in processu. Ita donatus. Quod autem quater acta sit verū nō est: sed quarto loco cum eodem die tres alie prius acte essent.

Chremetis frater ⁊c. Demipho frater chremetis aberat.i. remotus erat ab vrbe athenis peregre aduerbiū i.longe antiphone filio suo relicto athenis. chremes habebat vxorē clam.i. secreto nesciente nausistrata propria vxorē lēni in gtō aduerbialiter.i.in lenno insula vna ex cicladibus patria vulcani: ac habebat filiā.s.phaniū sicut glyceriū ex illa vxore.s.habebat inꝗ athenis.i.in vrbe athenaꝝ aliā cōiugē.i.aliā vxorem ⁊ habebat ex illa vxore natū.i.filiū scʒ Phedriā amātē: vnice.i.singulariter fidicinā.i.citharistriā. Mater phanij filie aduenit athenas ex lēno isula: ipsa mater morit athenis virgo māsit sola. chremes aberat.i.absens erat virgo ꝓcurat funus.i. exequias mr̄is mortue ibi.i. in tali ꝓcuratione cū antipho amaret eā visam illic accipit eā vxorē opera.i.industria parasiti Phormionis. pater antiphonis.s.demipho ⁊ chremes reuersi fremere.i.voce confusa ceperūt ostēdere suam indignationē: vel fremere pro fremebāt accipe. Deinde dant ipsi senes triginta minas.i. triginta libras parasito vt haberet illam coniugem.s.puellam acceptā ab antiphone fidicina amata a phedria emitur hoc argento triginta minarū. antipho retinet vxorem agnitam a patruo scilicet chremete.

Hanc comediam manifestum est prius ab Apollodoro sub alio nomine: hoc est sub epedicazomene grece scriptam esse ꝙ latine a Terentio Phormionem quāobrem nulla dubitatio est hanc solam esse: cui nomē poeta mutauerit: et errare eos qui in hac Phormionē parasitum putāt a formula litis quam intenderit nominatum cum greca lingua Lectus sparteus et stramen nauticum sic dicatur. a cuius rei vel capacitate: vel vtilitate etiā ab Apollodoro parasit⁹ Pphormionis noie nūcupat. Hec igit tota motoria est quasi in affectibus cōstituta pene maiorib⁹: ꝙ comicus stilus posceret: nisi qd̄ arte poete oia moderata sunt. Primas in ea partes: vt ipse poeta ꝓfessus est tenet Phormio. Scd̄as Geta. Tertias Demipho: subinde ceteri ꝑut in ꝓcessu ostēdit. ¶ Prologus Phormionis nimis cōcitat⁹ est: adeo vt ipsemet veluti reprehēdat ob hāc ipsam paruicaciā: ⁊ simul argumentū sue purgatiōis iducat: atq; i ea quū ⁊ ꝓthasis: ⁊ Catastrophe magni molliminis ⁊ negotij sint: ita varijs leporib⁹ aspergunt vt etiā rerū tristiū grauitatē. poeta lepid⁹ comica serenitate trāquillet. ¶ Hec acta est ludis. Magalēsib⁹ Lucio

Prologus.

Cornelio Merula Edili Curuli ⁊.L.Posthumio Albitio Agentibus Lucio Cassio Attilio:et.L. ambiuio modos fa=
ciente Flacco Claudij filio tibijs serranis totaqꝫ diuerbijs facetissimis ⁊ gestū desiderātibꝰ scenicū ⁊ suauissimis orna
ta canticis fuit.Editaqꝫ est quarto loco.M.Ualerio ⁊.C.Fannio Con.Persona etiam in huius protasi non vna est.sed
due quarū altera extra argumentū posita est cui narratur fabula altera in argumento que narrat fabulā. Argumentū
quoqꝫ nō a simplicis negotij habet nec vnius adulescētis vt in Ecyra:sed duorū vt in ceteris fabulis.Scire enim cōue
nit vno die transigi Phormionē non vt Heauton.
duobus.Prologus correpte dicitur.

Postq̄ poeta vetus poetam non pōt retrahere a studio et transdare hominē in ociū maledictis deterrere (ne scribat)parat. qui ita dictitat: quas ante hac fecit fabulas tenui esse oratione ⁊ scriptura leui: quia nusq̄ insanum scripsit adulescentulum.ceruam videre fugere:⁊ sectari canes:⁊ eam plorare orare vt subueniat sibi. Quod si intelligeret cum stetit olim.noua actoris opa magis stetisse quam sua minus multo audacter q̄ nunc ledit lederet et magis placerent:quas fecisset fabulas. Nunc si quis est,qui hoc dicat: aut sic cogitet: vetus poeta si non lacessisset prior nullum inuenire prologū potuisset nouus quē diceret nisi haberet cui malediceret. is sibi responsum hoc habeat:in medio omnibus palmā esse positam:qui artem tractant musicam ille ad famē hunc ab studio studuit reijcere. hic respondere voluit nō lacessere.benedictis si certasset audisset bene. Quod ab ipso allatum est: sibi id esse relatum putet. De illo iam finem faciam dicendi mihi: peccandi cum ipse de se finem non facit. Nunc quid velim animum attendite. Apporto nouam epidicazomenem: quam vocant comediam greci. Latini phormionem nominant quia

non producte. Nam officium prologi ante narrationem rei quid est semper est: verū tamen ⁊ post principiū fabule inducitur: vt apud plautū in milite glorioso: et apud ceteros magne authoritatis veteres poetas.

¶Sequitur phormionis argumentum.

Cum Chremes demiphonis frater adscito sibi ad fallaciā nomine: qđ Stilphonem fecerat duas eodē tēpore habuisset vxores athenis diuitē pauperem Lēni. Ex diuite sustulit filium qui dictus est phedria:ex paupere furtim suscepit atqꝫ educauit filiam Phanium nomine eamqꝫ consilio cum fratre habito destinauit filio Antiphoni vxorē dare: quibus cōplacitis vno tēpore profecti athenis senes Demipho in Siciliam Chremes Lennū ad accersendā filiā que tum illinc cum matre nauigauerat:occasionē dederat amādi adulescētibus. Nam statim Phedria Citharistriā sub lenone cepit ardere:antipho filiā illā patrui phaniū despōsatā sibi nesciēs nesciētem: mox vt athenas venit nec patrē reperit falsa duplici eiꝰ noie matrē mortuam lamēta adamauit cōsilioqꝫ et opera parasiti ſm leges atheniensiū: q̄sq̄ sibi cognata esset tāq̄ tamē in iure victus: ⁊ velut coactus eam accepit vxorē per absentiā patris: qui cū venisset ⁊ vellet eam expellere primo cōfutatur p impudētiā parasiti:post cum suo fratre sic decipitur: vt dum eam credidit ab Antiphone posse disiungi eam parasitus iste ducat vxorem: ⁊ dato ducturo.xxx.minas presentis dotis puelle noie quas Phormio acceptas Phedrie dedit ille lenoni ad Citharistriā redimendā: quibus gestis tādē Chr. agnoscit filiā suam cōiunctā cum fratris filio. Quare dum mutato cōsilio.xxx.minas a Phormione per rixā conatur exigere per eundē proditus vxori sue Nausistrate est ⁊ tāte libidinis reus non ante veniam meruit a matrefamilias quoqꝫ ⁊.xxx.minarū.⁊ amoris Citharistrie veniam dedisset filio. ¶Primus actus est in colloquio Daui ⁊ Gete per quos discit populus argumentū. ¶Scđs actus continet aduentū senis turbulentum ⁊ eiusdem iurgiū aduersus getā ⁊ Phedriā. Tertio actu attribuitur litigium senis ⁊ Phormionis tum cōsultatio cum aduocatis tum Antiphonis in scenā redditus:colloquiūqꝫ cum Geta.tum lenonis ⁊ Phedrie colluctatio. tum adhortatio Gete de inueniēdo argento ad redimendā Phedrie Citharistriā. Quartū actum ista cōcelebrant. Aduentus. Chre. eiusdem cum fratre deliberatio per errorē de eijcienda Phanio. Gete verba de fallēdis senibus. Antiphonis oratio apud semetipsum de amore tractantis. Gete rursus cum senibus callida ⁊ mox cum Antiphone de eadē causa simplex disputatio: senum inter se colloquiū de expulsione mulieris. Et ad extremū verba Chremetis agnoscētis nutricē ac per eam filiā. nam cum Antiphone cōiunctā. In quinto actu per Demiphonis errorē Phormio accipit argentū dotis nomine:⁊ conuenitur Nausistrata vt exire domo cōpellatur Phaniū.premissaqꝫ:vt vxor habeatur per Getā Antiphoni:⁊ Phormioni nūciatur que quū ita nupta sit:exposcitur argētū a Phormione per rixā senū a quibus ille oppssus rem oēm aperit Nausistrate:ad qđ primū irata vt in tali re vxor solet mox lenit in fine fabule.⁊ tutissimū a pr̄is iracūdia p̄stat phedriā.

Postq̄ poeta ⁊c. Hoc initiū ad destructionē persone aduersarij sumitur cōiunctim cum insinuatione terentiane. Loquitur aūt poete defensor qui cum suorū actorū grege est acturus comediam. postq̄ poeta vetus. scꝫ Lucius lauinius vetus.i.curiosus ⁊ quasi rācidus vel qui iam lōgo tempore poeta fuit non potest retrahere.i.reuocare inuictum poetā Terentium a studio cōponendarū comediarum vbi est opus vehemēti studio et postq̄ non pōt transdare vetuste pro tradere.i.transferre traducere cōuertere hominē scilꝫ Terentium in ocium.i.in vacationē studij ⁊ cessationē laboris.parat.i.molitur.scꝫ poeta vetus deterrere.i.deflectere dehortari dissuadere maledictis.i.cōtumelijs suis seu cōtumeliosis carptionibus seu reprehensionibus ne.i.vt nō scribat.i. comedias componat:qui poeta vetus ita dictitat.i. frequēter dictat fabulas.i.comedias quas poeta noster fecit ante hac.i. ante hoc tempus esse oratione tenui q̄tum ad sentētias seu sensum ac prolatū ⁊ esse scriptura leui.i.non esse cōpositas verbis grauibus ac exquisitis:sed leuibus ⁊ facilibus. Nam scribit qui verba adhibet inquit Donatus propterea scriptura est in verbis. Et quidē reprehendit illud quod cōgruit comedie. Nam si sublimi oratione vteretur poeta transiret in tragicum stilum quemadmodū fecit Lucius lauinius. Dictitat ergo fabulas poete nostri esse tenui oratione.⁊ leui scriptura quia poeta noster nusq̄.i.in nullo loco suarū comediarū scripsit id quod Lucius scripsit inepte videlꝫ adulescentulum insanū.i.furibundū videre ceruam fugere ⁊ videre canes sectari eam ceruam: ⁊ videre eam ceruum plorare et orare:vt ipse adulescentulus subueniat sibi cerue. Quod.i.sed si intelligeret ipse poeta vetus cum.i. quando fabula eius noua ⁊ propterea placens stetit.i.placuit ſm Ser.olim.i. iampridem cum erat scriptorum penuria necdum scribere poeta incepisset. Si ergo intelligeret eam stetisse.id est placuisse magis:scilicet potius opera.i.industria:actoris: id est recitatoris ⁊ lusoris:vt ita dicam q̄ sua opera.i.q̄ sua industria que fuisset vsus in ea componenda lederet ipse

poeta vetus.i.morderet caperet taxaret offenderet nostrum poetam multominus audacter ꝙ nūc ledit: ꝛ fabule sup: quas fabulas fecisset magis placerent vel si vis intellige casum pro casu:sic ꝛ fabulas.i. fabule quas ꝛc. Nunc si quis est qui dicat hoc quod sequitur:aut qui cogitet sic.i.hoc modo qui sequitur. Si vetus poeta Lauinius non lacessisset: id est prouocasset prior vacat prior.nam nemo lacessit nisi prior prouocet ꝛ irridet nouus poeta noster nullū potuisset inuenire.i.excogitare prologum.i.proloquium prefationem. Non enim prologus hic hominem significat:vt in heau tontimorumenon: sed verba quē scꝫ prologū dice ret.i. apte cōponeret vel eloqueretur nisi haberet hominē cui malediceret. Is qui aliter cogitat ꝛ di cit habeat sibi hoc respōsum.i.vel hanc responsio nem vt respōsum sit neutri generis ꝛ substātiuū: vel vt responsum sit participium preteriti vel ha beat.i. putet hoc respōsum esse sibi per passiuum verbum. Deinde subdit respōsionem videlꝫ pal= mam.i. causam certaminis : puta pretium victo= rie esse positam in medio. i.in cōmuni omnibus qui tractant.i.exercent artem musicā.i.artē poeti cam cui presunt muse.q.d. non est mirādum si hi pugnant quibus causa certaminis presto est. Ille vetus poeta studuit.i.laborauit. conatus est reij= cere.i.repellere retrudere hunc poetam nostrum a studio cōponendi ad famem.i.ad esuriē que illi fuerat subeunda nisi sua industria composuisset fabulas: quas edilibus vēderet vnde victū queri taret. Hic poeta noster voluit respondere maledi= ctis non voluit lacessere si poeta vetus certasset.i. prouocasset ab eo quod p̄cedit id quod sequitur benedictis.i.bonis sermonibus ꝛ beniuolis. au= disset bene.i.laudat⁹ a poeta nostro fuisset. Nam bene audire est benedici ꝛ laudari:cōtra male au= dire vituperari Salusti⁹ in Cicero. Ut si quid vo= luptatis maledicēdo ceperis eam male audiendo amittas: ꝙ si non sint eadē verba est saltē eadem sentētia. Ipse poeta vetus putet id quod illatum est ab ipso.i id quod maledictum est ab eo esse re= latum sibi.i. retortum in se.q.d.quod dedit rece= pit iam.i.nunc vel statim faciam.i. statuam mihi finem dicendi de illo cum pro quāuis: ipse nō fa= cit pro faciat: ait Donatus. de se finē peccandi.i. maledicēdi vel errando. Nunc attendite.i. atten= tum prestate animum hoc est attendite diligēter quid velim. Donatus vult intelligi ḡratis. Appor to nouam comediam quam greci vocant epidi= cazomonem a puella de qua indicium est : latini nominant illam comediam Phormionem a stra= mento quo insternitur pauimentum.vnde para= situs vilissime conditionis nomē accepit. Latini ergo nominant Phormionē:quia phormio para= situs per quē res agitur maxime.i.precipue id est a quo materia ꝛ deductio fabule precipue proce= dit erit is qui aget primas partes.i.precipua offi cia et summa in toto fabule progressu. Si vestra voluntas:id est vester fauor accesserit ad poetam nostrum date ope ram:vt.s.intelligatis que dicentur:ꝛ attendatis ad ea que fient.adeste.i.presidio sitis vt solent esse aduocati vel inten ti estote equo animo per silentium ne.i. vt non vtamur simili fortuna.i.infortunio atꝙ.i. sicut vsi sumus cum noster grex.i.nostra multitudo ꝛ caterua actorum modus est loco.i. perdidit locum sibi ab edibus destinatū. Locus hic est distributio temporum que cuiꝙ in spectaculum vonturo attribuuntur ab edibus. Unde loco motus dicitur qui suas horas non obtinuerit inter precedentes ꝛ consecuturos:ergo proprie dicit sic ꝛ Cicero.loco ille motus est cum ex vrbe expulsus est quem locū turbatum virtus actoris.i.histrionis restituit nobis. Nam actor totiens exclusus animū non abiecit sed agere perseuerauit:ideo virtus est et quē locum inꝙ bonitas vestra atꝙ equanimitas adiutans.i. frequen ter adiuuans et fauens restituit inquam nobis. Bonitas attenditur generaliter in omnibus rebus:ꝛ equanimitas inspectando. Aut bonitas hic intelligitur in probandis his que bona sunt : equanimitas in ignoscendis vitijs atꝙ delictis:aut bonitas refertur ad omnes:equanimitas ad Terentium. Ex hoc colligitur ecyram fuisse factā ante Phor mionem.propterea aliqui codices sic habent ecyram Phormioni prepositam: sed tamen nō sequitur eam fuisse prius scriptam et compositam.

primas partes qui aget is erit phormio parasitus: per quē res gerūtur maxime. Uolūtas vestra si ad poetam accesserit date operā adeste equo animo per silētiū: ne simili vtamur fortuna. atꝙ vsi sumus: cū per tumultū noster grex mot⁹ loco est: quē actoris virtus nobis restituit locū bonitasꝙ vestra adiutās atꝙ equanimitas.

Primus actus. Dauus seruus.



Hic Daui persona extrinseca introducitur cui Get. Demipho= nis seruus argumentū narret.eo tamen an imo Getam conuenisse vedetur vt mutuū repetat : quod dandū erat Antiphonis vxori:ab sene patre suo Chremete:superinducte. Hec persona instruēdi spe= ctatoris causa ita mire inducitur vt lepores:facetias: ꝛ sales comi= cos ab artificioso poeta sub argumēti narratione exq̄sisse videatur. Additio. Attende quos garrulos et sententiosos seruos amat co media. Tragedia contra tristes ꝛ parce loquentes.

Amicus summus meus et popularis geta heri ad me venit: erat ei de ratiuncula iam= pridē apud me reliquū pauxillulum nūmo rum: id vt conficerem, confeci, affero. Nam

Ascensius.

Ut in alijs prologis ita in hoc quoꝙ studet poeta sibi conciliare fauorem populi ꝛ aduersario odium. Sibi fauorem quia quacūꝙ lacessitus iniuria ab incepto studio quo populo placere studuit reuocari nō potuit. Aduersario vero odium qui indesinenter ꝛ infatigabiliter ascribendo deterret. Uidetur autem reuera penu ria ingenij semper vnius argumēti prologum fecisse sed quia aduersarius non desistit maledicere coactus est illi respondere. Iniuriam autem in eo deputat maximam ꝙ a re cōmuni ꝛ nulli propria.i. a palma ꝛ glo= ria scribendo promerenda vetus poeta per inuidiam studet nouum deterrere.

Amicus ꝛc. Hic persona daui introducitur:cui possit geta seruus demiphonis narrare fabule totius argu= mentum. Et ita introducitur quasi mutuas acceperit a geta pecunias.quas nūc repetere instat geta vt eas det pro filio vxori quam filius domini sui.s. Antipho duxerat in patris absentia. Da.ge.summus amicus meus: et hic a voluntate ꝛ popularis.i.eiusdē conditionis ꝛ generis siue cognationis. vt Salu. Popularis sui sceleris. Interdum popularis dicitur populo gratus siue a populo amatus. Interdū popularis dicitur

humilis cõditionis.interdũ dicitur vilis ac de populo factus vt si quis dicat vilem seu abiectũ ciuem popularẽ. Ami=
cus ergo geta venit heri vel here vtrũq; enim dictũ inuenitur ꝓpter cognationẽ e ꝛ i literarũ vt mane ꝛ mani.vespere
et vesperi.Uenit ergo ad me heri.nam subaudi pauxillulũ dicimus paulũ paululũ pauxillũ et pauxillulũ. Pauxillulũ
numerorũ erat ei gete apud me: iampridẽ.i.olim reliquũ.i.vel relictũ vel de residuo: de ratiũcula.i.ex quadã supputa=
tione:siue qd dicunt ex quodã cõputo qd fecimus inter nos vel ex quadã conuẽtione:seu ex quodam cõtractulo: siue
ex quodã vt dicunt tractatulo inter nos deducto:
siue etiã ex aliquo negotiolo inter nos cõmuni.

herilẽ filiũ eius duxisse audio vxorẽ munus ei(credo)
hoc corraditur:ꝙ inique cõparatum est hi qui minus
habẽt vt semper aliquid addant diuitioribus. Quod
is vnciatim vix de dimẽso suo suum defraudãs geniũ
comparsit miser id illa vniuersum abripiet haud existi
mans ꝙto labore sit partum. Porro autẽ geta ferietur
alio munere: vbi hera pepercerit. Porro alio autẽ vbi
erit puero natalis dies. Ubi initiabunt: omne hoc ma
ter auferet. Puer erit cã mittundi. Sed videon getam.

Geta. Dauus serui.

In hac scena deuenitur ad argumenti narrationẽ: nacta Daui
oportunitate:illud ab geta ipso audituri. Rite ergo poeta desidera
tum ipsi Gete Dauum proponit:quem ea fiducia alloquitur vt sibi
argentum ab eo reddi:ita vt sit imperet.

SI quis me queret rufus. Dauus. presto est
desine. Ge. oh at ego obuiã conabar tibi da
ue. Da. Accipe. Hem lectũ est conueniet nu
merus ꝙtum debui. Get. amo te ꝛ non ne=
glexisse habeo gratiã. Dauus. Presertim vt nunc sunt
mores ad hoc res redit. Si quis quid reddit magna
habenda est gratia sed quid tu es tristis. Ge. ego ne ne
scis quo in metu et quanto in periculo simus. Da.
Quid est. Geta. scies modo vt tacere possis. Dauus.
abi. sis insciens:cuius fidem in pecunia perspexeris:ve
rere verba credere vbi quid mihi lucri est te fallere.
Geta. ergo ausculta. Dauus. hanc operã tibi dico. ge=

Uenit inq; ad me vt conficerẽ.i.facerẽ. nam fieri
pecunia dicebatur. Salu.que pecunia ad bellum
hispanẽse marcello facta erat:vt ergo cõficerẽ po=
test intelligi rogauit me sup. vt ego conficerem.i.
conquirerẽ seu cõgererẽ id pauxillulũ nũmorum
quod erat ei reliquũ ex ratiuncula cõfeci.i.cõquisi
ui ac si fecissem eam pecuniã que nõ erãt in prom
ptu. Affero id pauxillulũ nũmorũ. Nam audio.i.
intelligo filiũ herilẽ.i. filiũ heri.i.dñi eius.s. Gete
duxisse vxorẽ credo.i. vere scio ꝙ sup. hoc munus
taltũ pecuniolarũ:corraditur.i. totũ radendo ꝛ ni
hil relinquẽdo aufertur extorquetur aut difficul=
ter cõparatur ei vel vxori vel ei rei.s. ductioni vxo
ris ꝙ.i.ꝙtum inique.i.iniuste cõparatũ est.i. con
stitutum est vt hi qui minus habẽt addant semꝑ
aliquid diuitioribus antique pro ditioribus.i.mi
nus pauperibus.ꝛ hic capitur illa vxor arripiet.i.
ad se rapiet ꝛ attrahet abradet vniuersum illud.i.
totũ illud simul qd ille miser geta defraudãs suũ
geniũ.i. parce viuẽs ꝛ tenuiter. Ille enim dicitur
defraudare geniũ qui tenuiter ac parce viuit.sicut
cõtra indulgere genio significat voluptuose viue
re atq; laute. Item genialia(dicit donatus)curare
dicitur qui viuit lautius:neq; immerito.nam ge=
nium nature deũ dicũt siue deũ generationis cui
sacrificabatur dũtaxat die natali: in cuius diei sa
crificio tãtũ vt Seruius inquit licebat voluptati
bus operã dare:cum in aliis sacrificiis esset casti=
tatis obseruatio. Uergil.in bucco. Philida mitte
mihi meus est natalis iola. Cum faciam vitula
pro frugibus ipse venito.propterea geniũ pro vo
luptate capi põt ꝛ lautica conuiuiũ.vnde genialis
lectus dictus est voluptuosus ꝛ cõiugalis: vt te=
statur Seruius. Quod ergo ille miser defraudãs
suũ genium cõparsit preteritũ a cõparco is. quod
cõponitur a cõ et parco is. cõparsit ergo.i.cõgessit
percustodiuit: ac reseruauit vix.i. egre difficulter
vnciatim.i.non per singulos sextertios aut dena
rios aut asses:sed qd minimum fuit per singulas
vncias. Assis em̃ libra est eiusq; partes vncie aũt
duodecima pars libella dicebatur. Apud veteres
enim pecunia pendebatur nõ vt nunc numeraba
tur. Comparsit ergo vir vnciatim.i.paulatim quasi per stirpes de dimẽso suo.i.reseruãdo de portione sua qua abstine=
bat plerũq;:vt peculiũ sibi conflaret. Serui enim singulis mẽsibus quaternos modios.i.quasdã mensurulas frumẽti
accipiebant ꝛ id dimẽsum dicebatur aut a mẽse aut a metiendo ꝛ verius. Nam illis frumentum certa mẽsura dimen=
sum tradebatur. Uxor ergo illa accipiet vniuersum haud existimãs pro estimãs.i.non cõsiderans ꝙto labore id pecu=
lium sit partũ.i.acquisitũ ꝛ bene q; nullus partus sine dolore est ac labore.autẽ.i.sed porro.i.certe vel deinde geta ferie
tur.i.onerabitur premetur cõcutietur alio munere.i.aliud dono vel onere donãdi aliud donũ ꝛ bene ferietur. Nam et
plagã dãnũ ꝛ sumptũ siue rem nostrã sanguinẽ nostrũ dicimus. Ubi.i.qñ hera.i.vxor herilis filii peperit autẽ.i.sed Ge
ta porro.i.deinde feriet alio munere.vbi.i.qñ tẽporis aduerbiũ dies natalis.i. natalitius erit puero vbi natalis est adie=
ctiuũ.sed cum.Uerg.dicit meus est natalis iola.est substãtiuũ. Sed vbi.i.qñ parẽtes sup.initiabũt.i. dicabunt cõsecra=
bũt addicent deuouebũt destinabũt aliqbus sacri.q.d.geta feritur alio munere.hic vbi em̃ initiabũt est vultuose ꝓnun
ciandũ quasi cũ tedio. Legitur apud Appolodorũ quẽ hic poeta noster seqtur in insula samothracũ a certo tꝑe pueros
initiari more atheniẽsiũ.sz apud Uarronẽ legit pueros initiari edulic ꝛ poetice:ꝛ cube:hoc est diuis edẽdi potãdi ꝛ cu
bãdi vbi primũ a lacte ꝛ a cunis trãsferunt. Uerg. Nec deus hũc mẽsa dea nec dignata cubili est Mater.vel nutrix vel Ma
mater auferet.i.arripiet hec oia munera data a Geta.puer erit cã mittũdi ꝓ mittẽdi illa munera: q; ita illudet geta qui
pueri grã dabit qd tollet a matre. Sed videõ.i.video ne getã.tũc poeta idducit getã exeũtẽ vt sit cã cõmutãde orationis.

SI quis ꝛc. Hic descẽditur ad narrationẽ argumẽti nacta oportunitate daui narrationẽ audituri Geta.vide=
tur hic alloqui geta aliquẽ de familia domini sui mãdans illi vt si quisq; quereret suam absentiã excusaret
erit aũt quasi obuiã iturus dauo a quo pecunias expectabat quas pro filio herili daret. Si quis.i.si aliquis
rufus.i.rufo colore suffusus qret me ꝛ nõ queret pro me vt dici solet:ꝛ tũc fecit aposiopesim: quia interceptus
est sermo eius a dauo de quo loqui videbatur. Mandans vt si rufus puta dauus quereret diceretur se pro=
duxisse illi obuiã quod audiẽs da.rñdit in tertia persona de se loquẽs dauus da. presto est.i.ꝓpe est vel aduenit.desine.i.
noli ire ei obuiã siste gradũ. Ge. Oh:interiectio ostendẽtis letitiã de aduẽtu. O daue at.i.sed ego conabar ire sup.obuiã
tibi.i.in occursum tibi ꝛ est obuiã aduerbiũ loci. Da. Accipe debitũ sup. Hem interiectio ostendẽtis officiũ suũ. Lectũ
est.i.argẽtum qd affero est lectũ.i.bonũ vel splendidũ siue electũ ex multitudine.ita vt nullus sit nũmus adulterinus
numerus argẽti cõueniet.i.sine cõtrouersia erit tãtus sup.quãtũ numerũ ego debui.i.in quãto numero pecunie tibi de=

ta. Senis nostri Daue fratrē maiorē chremē nostin. Da
uus. Quidni. Geta. q̇d eius gnatū phedriam. Dauus.
Tanq̄ te. Geta. euenit senibus ambobus similiter. Il
li inlēnū vt iret nostro in ciliciā ad hospitē antiquum.
Is senex p epistolas pellexit modo nō mōtes auri pol
licēs. Dauus. Cui tāta erat res: ꝛ supererat. Ge. Desi
nas sic est ingeniū. Da. oh regē me esse oportuit. Ge.
Abeūtes ambo hinc tū senes me filijs relinquūt quasi
magistrū. Dauus. O geta puinciā cepisti durā. Ge
ta. Mihi vsuuenit hoc scio memini relinq̄ me deo ira
to meo cepit aduersari primo. Quid verbis opꝰ: seni fi
delis dū sum: scapulas perdidi. Da. Venere in mētem
mihi istec. Nāq̄ inscitia est aduersus stimulū calces.
Get. Cepi his oīa facere obsequi q̄ vellent. Da. Scisti
vti foro. Geta noster mali nihil quicq̄ primo hic phe
dria cōtinuo quādā nactꝰ est puellulā citharistriā: hāc
amare cepit perdite. Ea seruiebat lenoni impurissimo
neq̄ erat qd daretur quicq̄ id curarēt patres restabat
aliud nil nisi oculos pascere sectari in ludū: ducere et
reducere. Nos ociosi operā dabamꝰ Phedrie. In quo

ditor fui. Ge amo te q̄ .s. reddideris pecunias debitas. Et habeo gratiā .i. qd barbare dicūt scio tibi bonū gratū te non
neglexisse .i. nō fuisse negligētē in pecunia ꝯficiēda ꝛ afferēda. vl' nō neglexisse .i. cure habuisse hāc rē vel q̄ nō ꝯtēpseris
ꝛ parū curaueris reddere debitū tpe necessitatis. Da. res ad hoc redit .i. tuus sermo ad hoc tēdit vel spectat vel tu ita lo
queris p̄sertim .i. p̄cipue vt .i. sicut. Uel cuiusmodi mores .i. vt ita dicā cōditiones hoīm seu cōsuetudines sunt: nūc si qs
.i. si aliq̄s reddit: q̇d .i. aliq̇d magis gratia est habenda .i. opꝫ vt dici solet scire gratū etiā atq̄ etiā: sed q̇d .i. cur vel ppter
q̇d es tu tristis. Ge. ne .i. vtrū petis sup. quare ego
sim tristis. nescis in quāto metu de futuro malo
ꝛ in quāto periculo de eminenti malo sumꝰ. Hoc
aūt dictū pōt legi aut interrogatiue aut pnūcia-
tiue siue ꝯfirmatiue. Da. Quid istuc est ꝛ propter
qd dicis te esse in magno metu ac periculo. Ge.
scies mō .i. tm̄mō: vt ita qd possis tacere. q.d. Ego
tibi dicam dūtaxat ea lege si illud possis celare.
Da. Abi modꝰ increpādi. q.d. nō es dgnꝰ qui sis
amicꝰ alicui scis insciēs .i. inscitꝰ stultꝰ incōside-
ratus ignarꝰ quasi nesciēs q̇d sit officiū inter ami
cos. Uerere .i. times credere .i. cōmittere celanda
verba et .s. mihi cuiꝰ tu pspexeris .i. clare et plane
cognoueris seu pbaueris fidē .i. cōstātiā ꝛ verita
tem in pecunia quā mihi cōmiseras queq̄ iuste
in tua necessitate restitui. Fides est dictoꝝ cōuē-
torūq̄ cōstātia ꝛ veritas siue est mandatorū fida
executio. Times ergo credere verba ei cuiꝰ fidē
pspexeris in pecunia vbi .i. in qua creditione ver
borū q̇d lucri est mihi fallere. q.d. nihil. secꝰ aūt de
pecunia. Ge. Ergo. nūc ergo est velut increpatio
tarde faciētis: q꞉ hic obloquēdo īpediuerat narra
turū. Ergo ausculta .i. audi. q̄ sum diturꝰ. Da. di
co .i. do ibi ppetuo queādmodū cū aliq̇d dicat̄ .i.
dedicat̄ ꝯsecrat̄ ppetuo dat̄. Dico as. declinat̄. hoc
dico tibi hāc operā audiēdi .s. seu auscultādi. dat̄
aliq̇d ad tps: dicat̄ aūt ppetuo. Ge. o. da. nostin .i.
cognoscis ne chremē maiorē fratrē nr̄i senis .s. de-
miphonis. Da. q̇dni .i. cur nō bn̄ noui. Ge. q̇d mo
dus interrogādi nostin inq̄ phedriā natū .i. filiū
eiꝰ chremetis. da. noui. sup. tanq̄ te .i. eq̄ ac noui
te .i. ita sicut te noui. ge. iter .i. necessitas eūdi per
egre euenit simul ambobꝰ senibꝰ. Chre. ꝛ demi-
pho. vel vt vult Dona. euenit qd sup. iteresset am
bobꝰ senibꝰ .i. qd ambo senes haberēt eūdū vt .i.
ita qd iter esset illi .s. chremeti .i. ita qd haberēt eū
dū in Lēnū insulā vnā ex cicladibꝰ. ꝛ vt esset iter nr̄o .i. vt noster haberet eūdū in Ciliciā regionē ad hospitē antiquū .i.
veterē amicū externū. Alij codices hn̄t euenit iter simul ambobꝰ senibꝰ .s. euenit illi Chre. vt iret i lēnū ꝛ nr̄o demipho
ni vt iret in ciliciā: sed in idē recidit. Is antiquꝰ hospes pellexit .i. fraudulēter induxit. Nā pellicere est in fraudem in-
ducere seu p blāditias decipere. Inde pellax pellacis .i. fallax ꝛ p blāditias decipiens. Inde pellacia .i. fallacia vt vult
Seruius. Pellexit ergo senē .i. demiphonē per ep̄las: pollicēs nō mō .i. nō solū mōtes auri: sed maioꝛa: qd est hyperboli
cū: vel pellexit eū modo .i. paulo āte p ep̄las nō pollicēs mōtes auri .i. nō pmittēs magna premia: tn̄ ipse herus meus
auarus ppter lucella parua nō dubitauit subire periculū nauigādi. Promittere maria ꝛ montes est antiquū prouer-
bium in eos qui temere magna pmittere solēt: similiter hic polliceri mōtes auri dicit̄ per hyperbolē prouerbialē factā
per exceptionē aut suplationē aut equā collationē. Inuenio interdū tn̄ mō pro fere apud Ualeriū: modo etiā interduꝫ
capit̄ pro tm̄: ꝛ tunc esset sensus pollicens fere montes auri: tuncq̄ adhuc esset hyperbolicus sermo: sed non eo modo
Senex si ⁊c. Hic i ite parmeno seru⁹ occasionẽ nact⁹ est narrãdi argumẽti philotidi meretrici peregre veniẽti. Par. alloquiẽ syrũ cõseruũ vt eũ hero petẽti excuset si senex. s. Laches queret me dicito me mõ. i. pauloante iuisse ad portũ pcũctatũ. i. interrogatũ aduẽtũ Pãphili: q̇ pegre in imbrũ p̄fectus est. cuius aduẽtu indies magis expectauit. Percũctor si per u scribaẽ d͂r a per ⁊ cũct⁹ cũcta cũctu: eo q̄ a cũctꝫ aliq̇d pq̇rat. ac si p o scribaẽ tũc a cõcto d͂r instrũm nauis q̇ naue vtunẽ ad loca nauib⁹ oportuna ea aũt pertica iterdũ a nautis inestigaẽ quãte sit pfunditatis aq̄ fluuialis. Interdũ etiã piscatores per illas perticas sub ripis pisces inq̇rũt ⁊ cõpellũt ad rhetia aq̄tica. O syre conserue audis ne. i. itelligis ne aut sentis aut aduertis q̇d dicã vti. i. vt dicas me iuisse ad portũ tum. i. tũc si q̄reret me senex aliq̇ codices hñt vt itum ⁊ tũc forte posset sic dici: vt dicas itũ esse p infinitiuũ impsonalis ṽbi: ⁊ tũc intelligitur a me sic vt dicas me itũ esse. i. me iuisse ad portũ si q̄ret senex: sed prior sñia melior. Si senex nõ queret me nullus. i. nõ vt sepe null⁹ sum pro q̄si nõ sum: ⁊ perij null⁹ itaq̃ dixeris p nõ dicas: vt possim vti alias. i. alio tp̄e hac causa. i. hac excusatione integra. i. nõ alias dicta. Sed videõ ne Philotin meretricẽ. vñ. i. ex q̇ loco hec meretrix aduenit. i. huc redijt athenas. O philotis salue multũ. i. multũ sis salua et incolumis. Phi. o optãtis aduerbiũ Parmeno salue. i. saluus sis. Sy. o ecastor iurãtis aduerbium est quasi per edem castoris: sicut edepol per edem pollucis: mi Parmeno salue. Par. edepol et. i. etiã tu syra lena deformis tu salue ridicule aũt. h. d. Conuertit sermonẽ ad Philotim tu Philotis dic mihi vbi oblectasti te tãdiu. i. tãto tp̄e: vbi vulgo dici solet: vbi spaciat⁹ es tm̄. Dicimus oblecto me hac re. Phi. equidẽ minime. i. non oblectaui me que. s. ego pfecta sum hinc. i. ex athenis corinthũ. i. in vrbẽ illã. cum milite inhumanissimo. i. inimicissimo austerissimo ferocissimo immanissimo. ibi. s. corinthi ego misera tuli. i. passa sũ tolleraui sustinui illũ. i. mores ei⁹ biẽniũ. i. spatio duoꝝ annoꝝ ppetuũ. i. ꝯtinuũ totũ sine intermissione. Par. edepol arbitror desideriũ. i. req̄sitionẽ athenarũ cepisse sepe te philotiꝫ. i. puto te sepe desiderasse ⁊ req̄sinisse athenas. Dicim⁹ vrbis desideriũ cepit me: teduit me: affecit me queadmodũ dicere solem⁹ me cepit odiũ vt tediũ vel satietas vrbis. Et arbitror inq̃ te sepe ꝯtẽpsisse. i. improbasse tuũ ꝯsiliũ. i. tuũ ppositũ ⁊ deliberationẽ qua illuc iueras: vbi dicim⁹ sepe post discessum meu me penituit cõsilij mei dicere possum⁹ post meã ab vrbe pfectionẽ plerũq̃ meũ ꝯtẽpsi aut improbaui ꝯsiliũ: vel meũ mihi ꝯsiliũ displicuit. Phi. nõ põt dici q̃. i. q̃tũ erã cupida redeũdi huc athenas ⁊ abeũdi. i. discedẽdi a milite ⁊ vidẽdi vos hic athenis vt antiq̄ ꝯsuetudine. i. scd͂ꝫ vetustã ꝯsuetudinẽ aut si vis cape ꝯsuetudinẽ p ꝯuersatione ⁊ familiaritate vt ego agitarẽ. i. celebrarẽ exercerẽ inter vos ꝯuiuiũ libere. i. sine subiectione ⁊ in libertate mea antiq̄ cõsuetudine. i. eo mõ quo solebam⁹. Nã haud. i. nõ licebat illic. i. corinthi apud militẽ loq̇ etiã ea q̄ placerẽt illi militi nisi p̄finito. i. determinato certo p̄scripto limitato assignato tp̄e: ac destinato. Par. haud. i. nõ opinor militẽ statuisse. i. ꝯstituisse limitasse: assignasse: p̄finiuisse: destinasse finẽ. i. terminũ modũ tue orõni. i. tuo sermoni ut vt vltra illũ terminũ tibi destinatũ non tibi loq̇ liceret cõmode. i. apte accõmodate p tua cupiditate. Nã tui sires sepe sunt

loquaces ꝛ petulātes:ideo nō cōmode.i.blāde vel ex voto siue ex animi sentētia prefinit sue orationi modus. Phi.deī scēsus nūc fieri incipit ad argumēti narrationē. Sed quid negotij est.i.qd hoc est qđ mihi dictū est ꝛ adhibuit negotij ad inuidiā ꝛ magnitudinē rei ostēdēdā. Que exclamatiue.i.qualia et quāta bacchis meretrix narrauit mihi modo.i. pauloante hic intus in eo loco vbi erant de exclamatione facta subdit narrauit mihi inq̄ illud qđ nunq̄ credidi.i. putaui fore.i.futurū esse.s.vt hac bacchide viua.i.viuēte Pāphilus posset inducere animum.i.posset sibi persuadere aut

didi fore vt ille hac viua posset animū inducere vxorē habere. Parme. Habere aūt. Philo. Eho tu:an nō habet. Par. Habet:sꝫ firme he vereor vt sint nuptie. Philo. Ita dij deeq̄ faxint si in rē est bacchidis. Sed quid istuc credā ita esse:dic mihi parmeno. Par. Nō est opꝰ prolato:hoc percūctarier desiste. phil. Nēpe ea cā vt ne id fiat palā. Ita me dij bene amēt: haud ꝑpterea te rogo vt hoc proferā: sed tacita vt mecū gaudeā. Parme. Nūq̄ tā dices cōmode:vt tergū meū tuā i fidē cōmittā. Phil. Ah noli. Parmeno. quasi tu non multo malis narrare hoc mihi q̄ ego q̄ percūcter scire. Parme. Uera hec p̄dicat et id mihi vitiū est maximū: si mihi fidē das te taciturā dicā. Phil. ad ingeniū redis:fidem do loquere. Par. ausculta. Philo. istic sum. Par. hāc bacchidē amabat vt cū maxime tū pāphilus cū pater vxorem vt ducat orare occipit. Et hec cōia omniū que sunt patrū. sese senē esse dicere illū autē vnicū presidiū velle se senectuti sue primo ille se negare sꝫ postq̄ acrius pater instat:fecit animi vt incertꝰ foret pudori ne an amori obsequeretur magis. Tundēdo atq̄ odio deniq̄ effecit senex. Despondit ei gnatā vicini proximi:vsq̄ illud visum est Pāphilo neutiq̄ graue: donec iā in ipsis nuptijs postq̄ videt paratas nec morā vllā q̄n ducat dari:ibi demū ita egre tulit vt ipsam bacchidē(si adesset) credo ibi eius cōmiseresceret. vbicūq̄ datū erat spaciū solitudinis: vt colloqui mecum vna posset Parmeno perij quid ego egi? in qđ me cōieci malū nō potero ferre hoc Parmeno perij miser. Phil. ad te dij deeq̄ perdiūt cū isto odio laches. Parme. vt ad pauca redeam vxorē duxit ꝛ omū nocte illa prima virginē nō attigit q̄ cōsecuta est nox eā nihilo magis. Phil. quid ais cū virgine vna adulescēs cubuerit plus potis se illa abstinere vt potuerit. Nō verisimile dicis neq̄ vex arbitror.

imperare aut velle habere vxorē. Par. aūt hic habet significationē indignantis quasi dicat quid dicis eū habere vxorē:ꝑpe est vt non habeat ꝛ illud habere aūt debet ꝑnūciatiue adiuuari quod dictū abscissum est ex fine orationis philotidis: qđ faciūt sepe indignātes ꝛ improbātes dictum alterius. Phi. eho hic interiectio gestiētis in spē ob auditū verbū tu respōde sup. an pāphilus nō habet vxorē. Par. habet vxorē:sed vereor vt.i. qđ nō he nuptie sunt firme.i.stabiles permāsure rate. Philo. dij ꝛ dee faxint.i.faciāt.ita.i.vt non sint firme nuptie si illud.s.nuptias nō fore firmas est in rē.i.vergit in vtilitatē bacchidis. Nā res sepe capit ꝑ vtilitate: vt e re mea e re tua ꝛc.i. ad meā et tuā vtilitatē:hoc est in rem meā.i.hoc est mihi vtile. Ab re vero significat ꝯtra vtilitatē. vt video ab re futurū si hoc feceris.i.video futurū illud cōtra vtilitatē. Sed tu parmeno dic mihi qui.i.q̄uo ve[l] cur credā istud esse ita.i. nuptias non esse firma[s]. Parme. nō est opus.i.nō est expediens ꝑlato.i.[pr]oferre quare non sint future firme nuptie. Desi[ste].i.cessa percunctari.i.inquirere nimis curiose [...] sc[ire] qu[a]re non sint future firme nuptie. Phi. nēp[e ...]e nō est opus ꝑlato ea causa.i. ꝑpter eā causam vt ne.i.vt nō id: scilicet quare nō firme sint future nuptie : fiat palā.i. fiat manifestum. Dij bene amēt me ita vt dico verū (modus est iurādi) nō rogo te.i. nō te interrogo ꝑpterea.i. propter eam causam vt proferam.i. vel publicem vel prodā bacchidi aut cuilibet:sed ꝑpter te rogo vt ego philotis gaudeam tacita.i.taciturna: mecū.i.intra me. Par. nunq̄ dices tā cōmode.i. tam apte vt committā.i. credā tergū meum.i.dorsum meū in tuā fidē.i.in tuam fiduciam seu fidelitatē veritatē ac constantiā:aut in tuā promissionem. Phi. Ah interiectio dolentis o Parmeno noli dicere supple talia. Dicis enim supple quasi tu nō multo malis.i. potiꝰ velis narrare hoc mihi quā ego velim sup. scire ea que percūcter.i. inquiram: quasi dicat fingis te nō velle narrare mihi : sed tn̄ cū serui oēs sint loquaces tu ostendis tua curiositate te multo magis velle narrare id mihi q̄ ego velim id scire quod peto: ipse enim seruus sua curiositate ostendebat signum loquacitatis. Nam vt inquit Hora. Percunctatorem fugito: nam garrulus idem est. Uel sic intellige:noli Parmeno dicere supple talia. nam dicis supple quasi tu non malis narrare hoc mihi q̄ ego percūcter.i.q̄ ego petam scire : quasi dicat quicquid fingas multo magis cupidus es narrandi mihi q̄ ego sciendi: cum ab ingenio seruorum esses discessurus si faceres aliter. Parme. lentius hoc summisse intra se loquitur. Hec mulier predicat.i. narrat vera.i. ea que vera sunt et illud scilicet tacere non posse est mihi maximum vitium.i.maximum probrū. Deinde hoc clare dicit. Si das pro des mihi fidē.i. si mihi sancte promittas te tacituram dicā quod percunctaris scire. Phi. Hoc apud se aut cōuersa ad spectatores ait:seruus redit ad ingenium.i.ad naturam seruorum que est tacere non posse a qua videbatur discessisse. Deinde conuertit sermonem ad seruum. do fidem.i.promitto me tacituram loquere narra quod ego. Par. ausculta audi. Phi. sum istic pro hic.i.sum hic parata ad audiendum vel sum istic.i.tota versor in audiēdo quid sim dicturus. Par. vt.i.quemadmodum Pāphilus. cū maxime vna pars orationis pro valde seu nimis ait Dona. amabat hanc bacchidem tum.i.tunc maxime inq̄ amabat eam:cum.i.quando pater occipit.i.incipit orare vel ipse Pāphilus ducat vxorem ꝛ cum inq̄ occipit pater dicere hec que sunt communia omnium patrum.i.que ab omnibus patribus dici solēt.s. se patrem esse senem:sed illum:scilicet filium esse vnicum.i.sine fratribus et se senem vel illum filium esse presidium.i. sublimen auxilium sue senectuti:hec predicta sunt que patres dicere solent. Ille ꝛc. hac tota narratione hunc tenditur vt ostendatur Pamphilus necessitate coactus amicam bacchidem deseruisse. Ille Pamphilus primo negare:id est negabat vel cepit negare se ducturum vxorem sed postq̄ pater instat:id est vrget importunus est et vehemens acrius.i. vehementius pater effecit:vt filius foret:id est esset incertus animi pro animo.i.dubius quid esset sibi faciendum ne.i.

vtrum magis obsequeretur.i.faueret obediret pudori.i.honestati ⁊ verecūdie qua afficeretur a patre si ei nō foret obse cutus: an magis obsequeretur.i.respōderet amori bacchidis spreto pudore patris. Deniqꝫ.i. post multa senex Laches pater Pamphili effecit quasi magno conatu ⁊ molimine fecit. Nam efficimus qđ magno conatu ⁊ molimine facimus virqꝫ per nos finē accipit tundendo.i.sepius rogādo ⁊ quasi molestia afficiendo ⁊ tedio ac sepe inculcādo nam tunde re proprie est sepius idē appetere ac ferire trāslato a fabrorū maleo. Inde obtundere dicitur molestia ac tedio afficere.

Par. credo ita videri tibi. nam nemo ad te venit: nisi cu piens tui. ille inuictus duxerat. Phil. quid deinde fit. Parme. diebus sane pauculis post Pamphilus me so lum seducit foras narratqꝫ vt virgo ab se integra etiā tum siet. seqꝫ anteꝗ̄ eam duxisset vxorē domū sperasse eas tolerare posse nuptias. Sed quam decreuerim nō posse diutius habere eam ludibrio haberi Parmeno (quin integrā itidem reddā vt accepi a suis) neqꝫ hone stum mihi: neqꝫ vtile ipsi virgini est. Philo. piū ⁊ pudi cum ingeniū narras Pāphili. Parme. hoc ego pferre incōmodum esse mihi arbitror: reddi patri. autem: cui nihil dicas vitij: superbum est. Sed eam spero: vbi hoc cognouerit non posse se mecum esse: abituram deniqꝫ. Phi. quid interea: ibat ne ad bacchidē. Par. quotidie sed vt fit postꝗ̄ hūc alienum ab se videt maligna mul to et magis procax facta ilico est. Phi. non edepol mi rum. Par. atqꝫ ea res multo maxime disiunxit illū ab illa postꝗ̄ ⁊ ipse sese ⁊ illam: ⁊ hanc: que domi erat co gnouit satis ad exemplum ambarū mores existimans. Hec (ita vti liberali esse ingenio decet) pudens mode sta: incōmoda atqꝫ iniurias viri omnes ferre et tegere contumelias. Hic animus partim vxoris misericordia deuictus: partim victus huiusce iniuria paulatim ela psus est a bacchide: atqꝫ huic transtulit amorē: postꝗ̄ par ingenium nactus est interea in imbro moritur co gnatus senex ad hos redibat lege hereditas eo aman tem inuitum Pamphilū extrudit pater reliquit cum matre hic vxorem. Nam senex rus adhibit se huc raro in vrbē cōmeat. Phil. quid adhuc habēt infirmitatis

Cicero in epistolis. Cupio te verbis non obtūde re. Atqꝫ fecit inꝗ̄ odio.i. assiduitate improbitate seu importunitate instātia. Inde odiosus.i. mole stus importunus instās. Senex effecit tundendo et odio vt filius sup. magis obsequeretur pudori ꝗ̄ amori. Despōdit.i.desponsam fieri curauerit ei Pam. gnatā. filiam huius vicini proximi: illud.s. despōderi sibi eam filiā visum est Pāphilo vsqꝫ.i. assidue neutiꝗ̄.i.nullo modo vel non nimis gra ue. molestum ⁊ difficile toleratu donec.i. quousqꝫ iam in ipsis nuptijs.i.in ipsa mentione nuptiarū vel donec ipse positus aut cōstitutus in ipsis nu ptijs: postꝗ̄ videt nuptias parat⁹ neqꝫ videt vllā morā dari.i.neqꝫ vllum spaciū ne dieculā quidem aut dilationē aliquā dari sibi. quin.i. ꝙ non du cat.i.capiat eam in vxorē ibi.i. tūc demū.i. deniqꝫ postremo tulit ita egre.i. ita moleste et difficulter vt.i.ꝗ̄ ibi.i.tunc ipsam Bacchidem accusatricem cōmiserescet eius Pamphi.i. ꝙ ipsamet Bacchis miseretur eius si adesset.i.presens esset credo.i.ita arbitror ⁊ mea est talis opinio cōmiserescit cōmi serescebat est impersonale verbū ante se volēs ha bere actiū ⁊ post se infinitiuū aut gtm̄ vbicūqꝫ.i. quocunqꝫ loco spaciū solitudinis.i. in quo potera mus esse soli remotis arbitris datum erat.i. con cessum vt.i.ita ꝙ posset loqui vna.i.simul mecum dicebat sup. O parmeno perij.i.perditus sum q̇d ego egi: ita assentiendo desponsationi isti in quod malū.i.in quod infortuniū conijci me.i.me preci pitem egi. O parmeno non potero ferre.i. porta re: sustinere: tolerare pati hoc. ego miser perij. Phi lo. at.i.sed o laches dij ⁊ dee perdiunt.i.perdāt de struant te cum isto.i. tuo per contēptum dictum est isto: odio.i. instantia ⁊ molestia. Parme. vt re deam ad pauca.i. paucis absoluam narrationem et veniā tantū ad pauca narrāda quasi longe alia dici de Pamphilo possent. Pamphilus duxit vxo rem domum: vxor dicitur ab vngendo. nam nubē tes vngebant maritorum postes ibiqꝫ lanam fige bant: Pamphilus non attigit virginē illam nocte prima plena amoris et suauitatis. Nihilomagis ipse Pamphi. attigit eam ea sup. nocte que nox est consecuta noctē primam. Phi. quid ais: nō po test illud credere dicis ꝙ adulescēs cubuerat vna cum virgine plus potis.i. magis potēs ab impul sione ꝗ̄ esset virgo vt.i.qualiter ipe potuerit absti nere se illa virgine nō dicis verisimile.i.probabile et quod ne speciem quidē habeat veritatis neqꝫ arbitror verum esse quod dicis. Parmeno. Credo ita videri tibi.i.te ita iudicare illud qđ dixi nō esse verum: immo nec verisimile. nam nemo venit ad te nisi cupiens.i.cupidus amator tui ille Pamphilus duxerat illā inuitus.i.nolens. Phi. quid fit deinde.i.quid conse quenter efficitur postꝗ̄ non attigit illam. Par. sane.i.certe vel valde paucis diebus post aduerbiū est post. Pam. sedu cit.i.seorsum ab arbitris ducit me solū.i.sine testibus e arbitris ⁊ narrat vt.i.qualiter virgo sit etiā tūc integra.i.corru pta intacta ab eo. ⁊ narrat inꝗ̄ se sperasse posse tolerare.i. pati sustinere. tolerare verbū est mala patiētis eas nuptias anteꝗ̄ duxisset domū eam vxorē. Sed o parmeno subdit verba Pamphili neqꝫ est honestū mihi neqꝫ vtile ipsi virgini eam virginē haberi ludibrio.i.stuprari vel illudi a me quin.i.quod non reddam eam integrā.i. intactā a me itidem.i. similiter eodē modo: vt.i.quēadmodum accepi eam a suis parentibus quā virginē decreuerim.i. statuerim defixerim me nō posse habere.i.tenere mecū diutius.i.multū diu. Phi. narras.i.dicis ingeniū.i.naturā Pāphili pium erga mere tricem ⁊ pudicū.i.castum erga virginē. Par. pergit verba Pāphili referens arbitror esse mihi incōmodū proferre hoc.i. dicere hoc qđ nunc dixi videlꝫ me velle integrā reddere eam. Don. exponit hoc.s. morē meretricis. autē.i.sed superbum est.i.illud est superbie eam puellā reddi patri: cui patri nihil vitij dicas.i.nihil culpe vxori referas: sed spero illā vxorem meā deniqꝫ.i.tandē habituram.i.discessuram vbi.i.quādo ipsa cognouerit hoc.s. se nō posse esse mecū. Phi. interea.i.in ter eos dies quid faciebat sup. ne.i.vtrū ipse Pamphi. ibat ad bacchidem amicā. Parme. ibat quotidie: sed vt fit.i.sicut fieri solet ⁊ moris est postꝗ̄ videt hūc Pamphilū alienū.i.alienatū ab se ꝓpter matrimoniū. nam nomē mariti est mul tum alienū a meretricibus ilico ipsa bacchis facta est multomagis maligna.i.multomagis difficilis. nam malignus dicitur qui difficultatē sui ostēdit. ⁊ facta est multomagis procax.i.petax petulās importuna dispoliatrix. procare enī est petere. Vergi. procacibus austris.i.impudentibus. qui multum petit impudēs est ⁊ procax: vnde ⁊ proci dicti sunt qui filias alienas in matrimoniū petierunt. Phi. edepol non est mirum si ipsa sit facta magis procax propter id quod

nuptie. Parme. nunc audies. Primum dies complusculos bene conueniebat sane inter eas. interim miris modis odisse cepit Sostratā: neq; lites vlle inter eas: postulatio nunq̃. Phil. quid igitur. Parmeno. si quādo ad eam accesserat confabulatum: fugere e conspectu ilico videre nolle. Deniq; vbi non quiuit pati simulat se a matre accersi ad rem diuinā abit. Ubi illic dies est: complures accersi iubet. Dixere tūc causam nescio quam iterum iubet nemo remisit. Postq̃ accersunt sepius egram esse simulant mulierem. Nostra ilico it visere ad eam amisit nemo. hoc vbi senex resciuit heri eā causa rure huc aduenit patrem continuo conuenit Philomene. quid egerint inter se nondum etiam scio ni sane mihi cure est quorsum euenturū hoc siet habes omnē rem: pergam quo cepi hoc iter. Phil. Equidem ego. nam cōstitui cum quodam hospite me esse illum cōuenturam. Par. Dij vortant bene qd agas. Philo. Uale. Par. Et tu bene vale Philotium.

Secundus actus.

Laches senex. Sostrata vxor.

fecit Pamphi. fidē datam non prestando. Par. atqui. i. certe. alij habent atq; ea res scilz talis malignitas et procacitas multo maxime. i. longo vehemētissime disiunxit illum Pamphilū ab illa bacchide postq̃ cognouit. i. diligētius et attētius cōsiderauit satis q̃tum sat erat sese. i. seipsum mores proprios: et illam bacchidem. i. mores meretricis et hanc vxorem. i. mores vxoris: que vxor erat domi existimans: scz Pamphilus intelligens mores earum bacchidis et Philomene ad exēplum. i. ad imaginē, siue ad collationē aut comparationē seu speciem cōparationis hoc modo. Hec vxor pudēs. i. verecūda modesta. i. temperata: ita. i. eo modo vti: id est sicut decet. i. honestum est ingenio liberali. i. bone nature mulieri esse ferre. i. ferabat equo animo omnia incommoda. i. omnes importunitates atq; omnes iniurias. i. iniustitias viri. i. mariti sui scz Pamphili tegere. i. tegebat contumelias. i. nō solū celabat neq; reuelabat: sed efficiebat ne eiusmodi contumelie ab aliquo resciscerentur. Postq̃ ergo Pamphilus hec omnia contulit. i. comparauit hic. i. tūc animus eius. i. ipsemet partim: id est pro parte aliqua deuictus. i. multū motus misericordia vxoris sue partim. i. ex altera parte victus: id est deseruus et superatus iniuria. i. improbitate malignitate huius meretricis elapsus est scilicet animus Pamphili. i. latenter euasit a Bacchide atq; ipse animus eius transtulit amorē huic vxori Philomene postq̃ nactus est. i. inuenit ingenium par sibi sup. i. eandem volūtatem vel naturam vel postq̃ inuenit par. i. bonum ingenium. i. bonam naturam sue vxoris. interea dum hec geruntur senex quidam cognatus. i. de cognatione horum scilicet Pamphili et patris sui moritur in imbro. i. in eo loco hereditas. i. successio redibat. id est attinebat spectabat ad hos Pamphilum et patrem lege. i. per legem pater Laches extrudit. i. quasi manibus expellit. eo. i. in imbrum Pamphilum filium inuitum. i. nolentem: quia amantē. i. amore sue vxoris captum Pamphilus relinquit hic vxorē cum matre sua. nam senex scilicet pater eius Laches abdidit. i. abscondendo se contulit rus. i. in agros meditandi gratia. i. operandi cōmeat. id est redit raro huc in vrbem athenarum. cōmeare est abesse inde vbi te esse oporteat. Inde cōmeatus dicitur ex aliqua causa temporalis absessus. Philomena quid infirmitatis. i. quā instabilitatem nuptie habent adhuc. i. hactenus. q. d. nihil ex tuis verbis infirmitatis esse colligitur adhuc. Parmeno. nunc audies. i. cognosces primum. i. in principio sane bene. i. valde bene vel multum conueniebat inter eas. i. nulla erat controuersia inter Sostratam matrem Pamphili et Philomenam. dicimus eleganter aliquando optime inter nos conueniebat. i. nihil erat controuersie inter nos: vbi conueniebat est impersonale verbum: sed cum dicimus hoc conuenit inter nos. i. de hoc nulla est inter nos controuersia. personale verbum est interim: id est repente. ait Donatus. Philomena cepit odisse pro odire si haberemus. Sostratam matrem Pamphili miris modis. i. mirabilibus exemplis neq; tamen vlle lites. i. vlla iurgia erant inter eas nunq̃ postulatio. i. querela seu interpositio querelarum erat inter eas. Expostulatio est querela interposita apud illū qui peccauerit. Postulatio vero est de aliquo apud alterum interposita querela. Philo. igitur si hoc non fuit. i. si lites non habuerunt quid fuit aliud inter eas. Parmeno. si quando. i. si aliquando vel si forte. Sostrata accesserat ad eam Philomenam confabulatum primum supinum. i. vt confabularetur seu colloqueretur cum ea. et cum ea familiariter conferret aliqua et cōmunicaret ilico ipsa Philomena fugere. i. fugiebat e conspectu eius Sostrate ne videretur ab ea nelle. i. nolebat videre ipsam Sostratam: deniq;. i. postquam non quiuit. i. non potuit pati. i. tolerare instantiam Sostrate: vel nequiuit pati. i. tolerari a Sostrata: quia vt ait Donatus. patior est cōmune verbum: nam patior te et a te dicimus: simulat. i. fingit se Philomenam accersi. i. aduocari a matre sua ad rem diuinam. i. ad sacrificium faciendum forte sue genti hereditarium vt sepe fiebat abijt. i. discessit neq; expectauit vt mitteretur vbi. i. postq̃ ipsa Philomena est illic. i. apud matrem cōplures dies. i. multis diebus Sostrata iubet eam Philomenam accersi. i. aduocari. Tunc mater filia et ancille dixerunt nescio quam causam qua non posset redire Philomena iterum. i. secundo. Sostra. iubet eam Philomenā accersi. i. aduocari nemo. i. nullus aut nulla remisit Philomenam. Postq̃ missa Sostra. accersunt. i. aduocant eam sepius simulant mulierem Philomenam esse egram. i. egrotam ilico nostra Sostrata hera mea id visere pro it ad visendū vel visit eam Philomenā: visere est officij: videre querentis aliquem nemo amisit. i. introduxit Sostratam ad eam Philomenam vbi. i. postq̃ senex Laches resciuit: id est cognouit per relationem. Nam scimus que ad nos deferuntur. rescimus relata. Heri ipse senex aduenit huc rure. id est ex agris ea causa. i. propter eam causam continuo: id est ilico ipse conuenit. i. allocutus est patrem Philomene etiam nondum: id est non adhuc scio quid egerint. id est quid fecerint quidue fuerunt locuti nisi. i. preterq̃ q sane: id est certe vel valde est mihi cure scire sup. quorsum. i. in quam partem hoc negotium sit euenturum. i. processurum. Habes. id est tenes intelligis omnem rem quam audire expetisti: pergam. i. prosequar hoc iter: quo itinere cepi ire. s. ad portum vel pergam: id est perseuerabo ire sup. eo quo. id est in quem locum. s. ad portū cepi iter: id est sum iter ingressus. Philo. et quidem: id est certe ego pergam quo cepi iter: nam constitui. i. conueni cum quodam hospite: id est amico externo me esse conuēturam: id est allocuturam illum hospitem. Parme. dij bene vortant: id est approbent bene et recte dirigant id quod agas. Sepe enim res eueniunt aliter q̃ volumus et plerunq; bona in peius: mala mutantur in melius. Et ideo volturnus: vel vt dicunt alij vertunnus colitur qui preest rebus vertentibus. Philo. O parmeno vale. Parmeno. et tu Philotium nomen productum et protensum blandientis gratia: sicut Glycerium etiam tu Philotium bene vale.

Proh &c. Hic accusatio socrus est q leserit nurum. Socrus autem coniectualiter se defendit dicens nihil a se factum esse in perniciem nurus. Laches. Proh irascentis exclamatio. imploro. sup. fidem. i. opem & auxiliū deum pro deorū atq; hominum: quod. i. quale cuiusmodi est hoc genus muliebre. s. est: accusatio enim est a sexu: que. i. qualis hec cōiuratio. i. conspiratio consensus cōcordia in malum est. consentio bone rei est coniuratio male: vt. i. q omnes mulieres eque. i. pariter vel ita studeant. i. studiose moliantur: tentent atq; cupiāt

Hic Laches omnes socrus odium in nurus insimulat mulieresq; omnes aduersantes viris cōmemorat. Deinde diuersis coniecturis Sostratam vxorem Philomene socrum coarguit quod nurū suam vtpote eandem illam Philomenā Pamphili vxorem durissimis suis moribꝰ et intolerabilibus e domo expulerit coegeritq; ad matrem remigrare. Socrus vero e contrario contendit: nihil se in perniciem nurus attentasse.

Proh deum atq; hominum fidem quod hoc genus est? que est hec coniuratio: vt omnes mulieres eadem eque studeāt nolintq; oīa: neq; declinatam quicq̄ ab aliarum ingenio vllam reperias. Itaq; adeo vno animo omnes socrus oderunt nurus viris esse aduersas eque studiū est similis pertinacia est: in eodem omnes mihi videntur ludo docte ad malitiam. Et ei ludo (si vllus est) magistrā hanc esse satis certo scio. Sost. Me miseram que nunc q̄obrem accuset nescio. Laches. Hem tu nescis? Sostrata. non ita me dij bene ament mi Laches: itaq; vna inter nos agere etatem liceat. Laches. dij mala prohibeant. Sostrata. Meq; abs te immerito esse accusatā postmodū rescisses. Laches. scio te immerito an quicq̄ pro istis factis dignū te dici potest que me et te & familiam dedecoras? filio luctū paras. Tum aūt ex amicis inimici vt sint nobis affines facis qui illū decreuerunt dignū suos cui liberos cōmitterent tu sola exorere que perturbes hec tua imprudētia. Sostra. ego ne? Laches. tu inq̄ mulier: q̄ me oīno lapidē nō hominē putas an q2 ruri crebro esse soleo nescire arbitramini quo quisq; pacto hic vitā vestrorū exigat: multo meliꝰ hic que fiūt

eadem. i. in easdē res puta ledere nurus et odisse studere maioris est operis quam velle. ideo hic studeant rite capi potest pro studiose cupiāt: & vt oēs mulieres eque nolint. i. recusent omnia que sup. viri velint vel nurus neq; reperias. i. inueniat aliquis: secūda persona pro tertia vllam mulierē declinatam. i. inflexam seu recedentem quicq̄. i. in aliquo seu aliquatenus ab ingenio. i. a natura aliarum mulierū. Itaq;. i. ideo vel sint due partes. oēs socrus. i. omnes matres maritorū oderunt. i. odio prosequūtur nurus. i. vxores suorum filiorū. adeo pro valde vno animo. i. animo valde simili & consentienti: eque. i. ita vel tam seu tantū studiū est. i. dedita opera & attenta voluntas ac impēsa & similis pertinacia. i. obstinatio & perseuerantia in malo est omnibus mulieribus esse aduersas. i. aduersari viris: & omnes mulieres videntur mihi docte: id est instructe erudite ad malitiam in eodem ludo. i. in eadem schola malitie. Et scio satis certo. i. satis explorate hāc vxorem meam esse magistram ei ludo. i. illi schole malitie si vllus est malitie ludus: magna est criminis amplificatio dum dubitat senex an sit malitie ludus. Sostra. me miserā: exclamatio est trita. q. d. possum dicere me esse infelicem que scz ego nescio q̄obrem. i. propter quam causam accuser a viro meo nunc Laches. Hem indignantis interiectio & irridentis. tu nescis quare accuseris. q. d. optime nosti: sed simulare te iuuat. Sostra. o mi Laches non hic mi blandientis est: sed eius qui periclitetur innoxius: dij ita amēt me vt dico verum me nescire quare accuser: q;. i. et ita liceat nos egere etatem. i. vita fungi inter nos et simul traducere vite tempus vt verum dico me nescire quare accuser. suntq; modi iurādi satis triti. Laches. dij prohibeant mala. q. d. nō esset magnū mihi malū si tu mihi eriperceris ne possem tecum agere etatem: & hoc dicitur per quandam irrisionē vt dici ꝯsueuit vulgo. deus seruet nos a malo. per quandam irrisionem. Sostra. & rescimus quod de industria celatur. postmodū. i. postea me Sostratam esse accusatam abs te immerito. i. sine causa. Laches scio te immerito esse accusatam. q. d. scio te non esse tantum accusatam quantū meruisti: et ideo immerito: id est non scđm meritum es accusata: an. i. vtrū quicq̄. i. aliquid potest dici de te dignum. i. prout merita es pro istis factis. i. pro tuis improbitatibus istis posuit per cōtemptum que

scilicet tu dedecoras. i. deturpas: dehonestas infamas me & te & familiam. i. famulos & domum totam & paras. i. acquiris vel procuras luctum. i. merorem filio Pamphilo. autem: id est sed tum. i. deinde facis vt affines. i. propinqui nostri propter nuptias sint nobis inimici ex amicis. i. cum prius essent amici nobis qui affines decreuerunt. i. statuerūt illum filium dignum cum filio cōmitterent. id est collocarent traderent fidei seu crederent suos liberos suam filiam vbi liberi in plurali in significatione vnius filie vsurpatur tu Sostrata exorere. id est emergis e cistis reperiris sola que scilicet tu perturbes hec. id est has amicitias et mutua cōmercia seu mutuas necessitudines tua impudentia. i. tua importunitate. Exoriri dicitur qui expectans aliquem inuadit declinaturq; tam scđm tertiam coniugationem quam secundum quartam. Sostra. ego ne. id est dicis neq; ego perturbaui omnes affinitates. Lach. inq;. i. dico vel repeto q tu mulier hec omnia perturbasti: que scilicet tu putas omnino me esse lapidem. i. insensibilem non hominem an. i. vtrum quia soleo esse ruri: id est in agris crebro: id est sepe rus dicitur vt aliqui volunt a rursum q rursum quotannis vel alternis sit colendum si velimus fructum nobis afferri ab illo arbitramini. id est putatis me nescire quo pacto. id est quo modo quisq; vestrorum pro quisq; vestrum exigat. id est agat traducat vitam hic id est in hoc loco domi. vbi dixit quisq; vestrorum masculino vsus est quod preponderat feminino intelligebat enim senex non solum de vxore sed et de filio et de cetera familia domi relicta. Scio multo melius ea que fiunt hic domi quam ea que fiunt illic id est ruri vbi ego sum assidue. ideo id est eam ob rem quia vt: id est sicut vos de familia mea eritis mihi. id est ad meum decus vel dedecus domi proinde dissyllabum: id est ita ego ero foris puta in agris fama: id est in fama et rumore tali qualem mihi compararueritis domi: quasi dicat in me redundatura est familie fama turpis et honesta equidem audiui iampridem Philomenam nurum nostram cepisse: id est concepisse odium tui. bene tui. nam hic passio designatur et minime. id est non est adeo. id est valde mirum si ceperit tui odium: ni. id est nisi Philomena fecisset id: id est nisi cepisset odium tui foret magis mirum cum tu sis eiusmodi moribus qui pariant facile odium sed non credidi hucusq; eam supple cepisse adeo: id est tantum odium tui: vt etiam odisset: id est audiret si haberemus hanc totam domum: id est meam totam familiam et locum ipsum quod scilicet eam fuisse concepturam tantum odium tui si fecissem: id est

quam illic: vbi sum assidue. scio ideo quia vt nos mihi domi eritis: proinde ergo ero fama foris. Iampridem equidē audiui cepisse odiū tui Philomenā minimeqꝫ adeo mirū ⁊ ni id fecisset: magis mirū foret: sed nō credidi adeo: vt etiā totam hanc odisset domum: quod si scissem: illa hic maneret poti⁹: tu hinc isses foras. At vide quā immerito egritudo hec oritur mihi abs te. Sostrata rus habitatū abij: cōcedens vobis ⁊ rei seruiēs. Sumptus vestros ociūqꝫ vt nostra res posset pati meo labori haud parcēs preter equū atqꝫ etatē meam. Non te pro his curasse rebus: nequid egre esset mihi. Sostrata. non mea opera neqꝫ pol culpa venit. Laches. immo maxime: sola hic fuisti in te oīs heret culpa: tu sola sostrata que hic erant curares: cū ego vos solui curis ceteris. Cū puella annū suscepisse inimicitias non pudet? illius dices culpa factum? Sostrata. haud equidē dico mi Lach. Laches. gaudeo (ita me dij ament) gnati cā: nā de te quidē satis scio peccando detrimēti nihil fieri potest. Sostra. qui scis an ea cā mi vir ne odisse se assimulauerit: vt cū matre vna plus esset. Laches. q̄d ais: non signi sat est: quod heri nemo voluit visentē ad cā te admittere. Sostra. enim lassam eā oppido tū aiebāt eo ad eam non admissa sum. Lach. tuos esse illi mores morbū magis quā aliā rē arbitror: ⁊ merito adeo. Nā vestrarū nulla est: quin gnatū velit ducere vxorem et que vobis placita est conditio datur. Ubi duxere impulsu vestro: vestro impulsu easdē exigunt.

Phidippus senex. Laches. Sostrata anus.

In hac scena Laches Pamphili pater phidippum philomene parentem conuenit super reditum sue nurus: quā certe phidippus negat apud socerum absente Pamphilo: perdurare posse imprimis autem phidippus filiam alloquitur: qui mitissimus esse pater ostēditur eo quod multum de suo iure remittat.

sciuissem illa nurus maneret potius hic domi mee: tu sostrata isses.i.iuisses hinc.i.ex hāc domo foras. At.i.sed o Sostrata vide.i.cōsidera nūc quā.i. quātū immerito.i.sine causa vt prius dicebas hec egritudo.i. animi molestia ⁊ dolor oritur mihi abs te abij.i.me cōtuli rus.i.in agros habitatū.i.ad habitandū concedens vobis.i. vobis morē gerēs vel permittēs vt in vrbe essetis ⁊ seruiens.i. consulens incumbens rei.i.vtilitati rei familiaris: res seruit diuitibus quia abundat eis: pauperes autē rei seruiūt: q: se coartant ad angustias rei ⁊ mestetenus propria viuunt: id autē faciebant: ⁊ nostra res.i.nostra substantia nostrū peculium posset pati.i. tolerare sustinere vestros sumpt⁹.i. vestras impensas ⁊ vestrū ocium.i. vel vitā vrbanam quietā ⁊ securā vel vacationē vestrā a labore vel amorem quasi nihil agentibus: alij inqꝫ habitatū nō parcēs labori meo vbi dicunt non parcens pene mee ⁊ non timēs penam meam preter equum.i. cōtra id quod equū est videlicet vt vos essetis domi et ego laborarē ruri ⁊ vos frueremini: ego vero dolorem ⁊ propter etatē.i.cōtra rationem etatis mee quia sum senex: vide inqꝫ te non curasse.i. effecisse pro his rebus.i. contemplatione horum laborū meoꝝ ne quid.i.vt non aliquid esset mihi egre.i.moleste ⁊ difficulter ferendum: alij interrogatiue legūt quod minus placet. Sostrata. non venit.i.non euenit vt nurus relinqueret hanc domum mea opera.i. mea operatione et studio neqꝫ pol mea culpa.i.qd barbare dicunt in hoc sensu meo defectu. Opera est si scientes leserimus: culpa vero est si nesciētes offenderim⁹ quorum alterum est sceleris: alterū stultitie: addidit pol aduerbiū iurādi vt dictū suū certius cōprobaret. Lac. immo.i.sz maxime.i.p̄cipue euenit opera tua vt totū factū sit quod video: tu fuisti hic sola.i.sine me ⁊ sola habēs reginen totius domus. Propterea omnis culpa heret.i. fixa est: reposita est in te: tu sola curares.i. curabas cōiūctiuū pro indicatiuo. ea que erant hic.i.domi curanda: cū.i. quādo ego solui.i. exolui liberaui vos pro te ait Donatus ceteris curis.i. sollicitudinib⁹ alijs puto operandi aliquid manibus proprijs nō pudet te anum.i.vetulam suscepisse inimicitias cū puella pāphila q̄ debuisses vsa esse sapiētia ⁊ non curasse hec indigna tua etate dices.i.rn̄debis (occurrit obiectioni) id factum esse quod fuerint inimicitie vel quod discesserit sua culpa scz puelle. Sostra. equidem o mi Laches ibi mi non est blādiētis: sz inuidiose rogātis equidē nō dico id factū culpa puelle. Lach. ita me dij ament vt verum et ex animo dico gaudeo causa filij vel q: non sit similis matri aut quia talem habeat vxorē que nec ab inimica quidē possit accusari: nam de te.id est quantum ad te attinet satis scio quod supple nihil detrimenti.i. nulla diminutio aut derogatio de tuo pudore aut de tua estimatione potest fieri peccando.i.quantūcunqꝫ peccaueris quoniā peior fieri non potest: sed semper eadē. So. o mi vir mi marite qui.i. quo me scis an assimulauerit.i. finxerit se odisse me.i. odio prosequi ea causa.i. eam ob rem vt esset plus.i. diutius vna.i. simul cum matre sua. Lach. quid ais: quasi dicat nihil dicis quod procedat non satis signi.i. non est signum sufficiens quod nemo voluit admittere.i. introducere heri ad eam Pamphilam te sostratam visentē.i.eūtē ad visendum eam. So. enim.i. certe: vel q: nō admiserunt me: q: aiebāt eā: tū.i. tunc oppido: id est valde lassam.i.defatigatam morbo ac p̄pterea quiescere: neqꝫ tunc esse adeundam eo.i. propterea non admissa sum ad eam Pamphilam. Laches. arbitror tuos mores acerbos et duros toleratu esse magis morbū illi puelle quā vllam aliam rem: quasi dicat egrota ex moribus tuis malis quibus acerbe contristatur: et adeo.i.certe vel valde merito.i.non sine causa tuis malis moribus egrotat: nam nulla vestrarum pro vestrum est: quin.i.que non velit filium suum ducere vxorem ⁊ conditio.i.optio electio pactio que vobis placita est pro placuit: nam placeo facit placui vel placitus in preterito datur vobis: quasi dicat improbe illas odistis quas elegeritis ipse: vbi.i.postqꝫ filij tui duxerunt illas vxores quas elegistis impulsu vestro.i.vestra instantia ipsi exigunt.i. excludunt quasi extra agunt ⁊ exturbant eijciunt amittunt a se impulsu etiam vestro quod he nurus vestros mores nequeant perferre.

Ascensius.

ILlud. Tu sola Sostrata que hic erant curares: non puto accipiendum vt curares sit positum pro eo quod est curabas sed (vt sepe his modus capi solet) pro eo quod est curare debebas nam si curabat. Sostrata. quid sibi vult senex. Dicit ergo quia ego vos qui in vrbe manebatis solui ceteris curis tu Sostrata debebas saltem ea curare que in vrbe curanda erant ⁊c.

Etsi scio ego philomena meũ ius esse vt te cogam que ego imperem facere: ego tñ patrio animo victus faciã vt tibi concedã neqꝫ tue libidini aduersabor. Lach. Atqꝫ eccũ Phidippum optime video ex hoc iã scibo quid fiet phidippe ⁊ si ego meis me oĩbus scio esse apprime obsequẽtẽ: sed non adeo vt mea facilitas corrũpat illoꝝ animos: qꝺ si tu idem faceres: magis in rem nostrã ⁊ vestraꝫ id esset. Nũc video in illarũ potestate esse te phidippꝰ. eya vero. Lac. adij te heri de filia: vt veni itidẽ incertũ amisisti haud ita decet (si ꝑpetuã hanc vis esse affinitateꝫ) celare te iras: si quid est pctm̃ a nobis ꝓfer: aut ea refellendo aut purgãdo vobis corrigemꝰ te iudice ipso. sin ea est causa retinendi apud vos qꝛ egra est te mihi iniuriã facere arbitror phidippe. si metuis satis vt mee domi curetur diligẽter: at ita me dij amẽt haud tibi hoc concedo: ⁊ si illi patres: vt tu illã saluã malis velis ꝙ ego. id adeo gnati causa quẽ ego intellexi illam haud minus ꝙ seipsuꝫ magnificare neqꝫ adeo clam me est: ꝙ esse eũ grauiter laturũ credaꝫ hec si resciuerit eo domũ studeo hec priꝰ ꝙ ille huc redeat. Phidip. laches ⁊ diligẽtiã vestrã ⁊ benignitatẽ noui: ⁊ que dicis oĩa esse vt dicis: animũ induco ⁊ te mihi hoc cupio credere illam ad vos redire studeo: si facere possim vllo modo. Laches. ꝗ res id te facere prohibet. eho nunꝗdnam accusat virum. Phid. minime: nam postꝙ attẽdi magis ⁊ vi cepi vrgere vt rediret sancte adiurat nõ posse apud vos Pamphi. se absente perdurare aliud fortasse alijs vitij est ego sum aĩo leni natus non possem aduersari meis. Laches. hem sostrata. Sostr. heu me miserã. Laches. Certum ne est istud. Phid. nunc quidem vt videtur. Sed nunquid vis? nam est quod me ad forũ trãsire iam oportet. Laches. Eo tecum vna.

Etsi &c. Hic laches pãphili pater ꝯuenit phidippũ patrẽ philomene super nurus sue reditu quã phidippus negat ꝑdurare posse apud socerũ absente pãphilo. Imprimis aũt phidippꝰ alloquit filiam: qua allocutiõe mitissimus esse pater oñditur ꝙ multum de suo iure remittat. Phi. o Philomena filia etsi.i. ꝙuis scio meuꝫ ius esse.i. mihi incumbere ad me spectare vt cogam te facere ea que ego imperem.i. precipiam tibi: tñ ego victꝰ.i. ꝑsuasus molitꝰ animo patrio.i. affectu patris victꝰ est ꝙ vndecunqꝫ recedit a iure. faciã.i. imperabo mihi vt concedam.i. morem geram tibi neqꝫ aduersabor.i. reluctabor repugnabo obuiã ibo tue voluntati etiam immoderate ⁊ temere suscepte. Libido est quelibet voluntas temere suscepta: siue cupiditas immoderata. Lach. hoc iungendũ est cum eo quod dixit in fine superioris scene vestro impulsu easdem exigũt. Deinde aĩaduertit phidippũ exeuntẽ ideo subdit atqꝫ eccum.i. ecce hic video phidippũ optime.i. oportunissime. Quidã codices habẽt totũ qꝺ habet a principio scene attributum ꝑsone lachis. Iam.i. nunc scibo antiq: ꝓ sciam: ex hoc.i. ex hoc Phidippo: ꝗd fit.i. ꝗd rei sit de hoc ꝓpter qꝺ incuso vxorem vel ꝗd sit nurꝰ an innocens an iniqua. Deinde verbis aggreditur phidippum sic. O Phidippe etsi.i. ꝙuis ego scio me apprime.i. vehemẽtissime obsequenteꝫ.i. obedientẽ indulgentem oĩbꝰ meis.i. oĩbus de cognatione mea vel liberis vel alioquin propinꝗs: sed tñ sup. non adeo.i. non tm̃ scio me esse illis obsequentẽ vt mea facilitas.i. indulgẽtia mollis ꝑmissio corrũpat.i. depravet animos illorũ.s. meorum. Qꝺ.i. sed vel qꝺ idem.i. qꝺ ipsum a me factũ si tu faceres id esset magis in rem vestrã ⁊ in rem nostrã.i. illud esset magis vtile vobis ⁊ nobis: ꝙ id qꝺ facis vestrã ⁊ nostram dicunt in plurali ꝓpter familiã vtriusqꝫ quã intelligit nũc video te phidippum esse in potestate illaruꝫ familiarum s. vxoris ⁊ filie.i. video te agitari ⁊ mutari earum arbitrio. Phidip. Eya vero.i. age vero: est aũt hic eya aduerbium corripientis: ⁊ vero est syllabica adiectio seu parelcon. Corripit aũt eum hoc modo. Eya vero quasi intelligat semper aliꝗd iurgij habes? Lach. adij te.i. iui ad te heri de filia.i. propter filiam amisisti.i. dimisisti remisisti quasi a te misisti me itidem.i. similiter incertum vt.i. sicut ego veni haud ita.i. non vsqꝫ adeo decet.i. honestũ est te celare.i. occultare iras tuas.i. causas tue iracundie si vis hanc affinitatem esse perpetuaꝫ i. si vis vt diu simus permansuri affines quasi diuortium minetur illi de filia sua: si quid.i. si in aliquo a nobis peccatum est.i. si in aliquo errauerimus vbi nota structuraꝫ anterioris partis verbi impersonalis passiue vocis quale hic peccat peccabatur peccatũ est vel pctm̃ fuit. Nam añ se vult ablatiuum casum cũ prepõne a vel ab ꝑsone agẽtis: post se ꝯo casuꝫ sui verbi. vt Cicer. ad Lẽtulũ Eius orationi vehementer ab oibus reclamatuꝫ est sil'r hic si in aliquo a nobis pctm̃ est ꝓ si nos peccauimus in aliquo: profer.i. emitte in lucem ea in quibus est pctm̃ corrigemus vobis.i. emendabimus ad rectitudinẽ reducemus ea refellendo.i. negando illa aut purgando.i. excusando. refellit qui negat purgat qui idem fatet. ⁊ sic defendit ergo refellimus per coniecturam purgamus per ceteros status ⁊ ea corrigemus. te ipso iudice i. iudicante. Sin.i. sed si causa retinendi eaꝫ puellam apud eos est ea.i. talis: qꝛ ea puella est egra male valens. o Phidippe arbitror te facere mihi iniuriã si metuis vt ꝑ ne nõ.i. qꝺ satis diligenter ipsa puella curet.i. tractet domi mee at.i. sꝫ ita dij amẽt me vt verum dico. haud.i. nõ cõcedo tibi hoc.i. hoc tibi ascribi nõ patior ⁊ si.i. ꝙuis es pater illi puelle vt tu magis velis illã filiã saluã.i. incolumem ꝙ ego volo adeo.i. certe id volo causa gnati.s. pãphili quẽ filiũ intellexi magnificare.i. plurimi estimare illam filiam tuam haud minus.i. non minus ꝙ seipsum: neqꝫ adeo.i. certe id quod sequitur est clam me.i. a me ignoratam. Nam res que clam me est a me nescitur: in quo dicto me potest esse vel accusatiui vel ablatiui casus: vtriqꝫ em̃ casui seruit clam prepositio vt authoribus placet. Non ergo ignoro non me latet ꝙ.i. ꝙtum grauiter.i. moleste credaꝫ eum pamphilum laturum esse vxorem recessisse si rescierit hoc.s. vxorẽ suã reliquisse domũ vestrã. eo domũ studeo.i. cupio summopere aut do operam sine laboro vt sup. hec philomena prius redeat in domum meã quam ille pamphilus redeat huc ab imbro quo peregre est profectus. Phidip. O laches noui.i. compertum habeo ⁊ diligentiam vestram et benignitatem ⁊ induco animum.i. mihi persuadeo oia esse ita vt dicis. ⁊ cupio te credere mihi hoc quod sequitur videlicet quod studeo idest do operam illam redire ad vos si vllo modo possim facere vt redeat. Laches. que res prohibet.i.

impedit te facere id.i.vt redeat ad nos.Eho interiectio hic ponẽtis aurẽ proprio:ẽ:an illa q̃rit q̃ solẽt de maritis puelle parẽtibus queri.Nunquid nã.i. nõne in aliquo accusat.i.improbat virum.i.maritum suũ Pãphilũ.Phi.minime.i. non accusat virum:nam postq̃ attẽdi magis.i. diligentius rem consideraui vel postq̃ magis attendi animum sup.i. postq̃ ad eam rem acrius adhibui ingenium et quod dici solẽt post magis posui in capite meo:et postq̃ cepi vrgere.i. instare violentia vt rediret in domũ vestram:adiurat.i.valde iurat ad enim ibi pro valde capitur sancte.i. firme se nõ posse perdurare.i. permanere apud vos pãphilo absente.i.in absentia Pãphili fortasse aliud vitiũ id est aliud vitiũ est aliis hominibus quod mihi non est. Nam ego sum natus.idest ego sum a natura:animo leni. id est miti suaui benigno non possem aduersari . id est repugnare meis subditis puta liberis vel aliis . Laches.hem indignãtis est interiectio.o Sostrata:quasi dicat huiꝰ rei authores:author enim est cõmunis generis.Sostra.hen dolentis interiectio me miserã exclamatio est quasi dicat fateor me esse ifelicẽ que in tantam venerim suspitionẽ. Laches.ne.i. vtrũ istud est certũ.i.exploratũ et constitutũ qd philomena nõ redeat. Phid.quidem.i. certe est quod nũc nõ redeat vt videtur.i. q̃tum possum perspicere.Sz nũquid.i. nõne aliquid aliud vis discedẽtis verbum est.Nam est aliquid supple quod.i.propter quod iam oportet me transire.i.cito ire ad forum causarum non venale.

EDepol ne ꝛc.Hic inducitur secum loquens anus per quaz orationẽ mores eiꝰ animus mitis intelligi possit.Edepol iurandi aduerbiuz ne.i.certe.nos omnes mulieres sumus eque.i. equaliter inuise.i.odiose exose viris.i.maritis propter paucas.i. aliquas mulieres que faciunt vt nos omnes videamur digne malo.idest infortunio miseria calamitate.Alii legunt totum hoc interrogatiue ꝛ tunc capiunt ne pro vtrum: sed superior sentẽtia melior. Nã dii ament me.ita vt supple dico verum sum extra noxam.i.culpam in co sup.quod.i.propter quod vir.i.maritus meus accusat me nunc.Sed id cuius me accusat non est facile expurgatu.i.ad expurgandum vel vt expurgetur:nam viri sup.ita animum induxerũt.i. ita animo suo persuaserunt. omnes socrꝰ.i. omnes matres maritorum esse iniquas:nuribus suis.s. socrus dr relatiue ad nurũ vel ad generũ.Nõ em dr socrus ad filiũ vel ad filiam. sed mater vocitatur ad generũ.Ad generũ autem vel nurum quorum non est mater dicitur socrus. Pol iurãdi aduerbium:quidem id certe scio vel noui haud: nõ me fuisse vnicam nurui.Nam nunq̃ habui.i.tractaui illam nurum meam:secus.i.aliter acsi.i.q̃ si ipsa esset nata ex me:nec scio.q̃.i.vñ hoc maluz eueniat mihi nisi quod pol.per pollucem iam expecto multis modis.i. vehemẽter filiũ Pãphilũ vt redeat domũ.q.d.nescio vñ hoc mihi ɔtigat nisi q̃ vehemẽter expecto filiũ vt redeat q̃ me ꝛ certiorẽ reddat sup huiusce rei occasione ꝛ me his miseriis liberet atq̃ eripiat rẽ totã elucidando.

NEmini ego. Hec allocutio est per conquestionem ꝛ bene nõ se amatoribus modo:sed infelicibus amatoribus cõparauit:ꝛ principium est a summa totius mali. Pamphi.Credo nemini homini.i.nulli hoi plura acerba.i. plura grauia et molesta:oblata esse vnq̃ q̃ mihi.Heu me infelicẽ recte. Nã heu accusatiuo iũgi dz.est aũt exclamatio.q.d.Prohdolor maxime sum infelix.Hanccine.i.vtrum parsi.i.cõtinui abstinui nõ sustinui perdere.i.amittere hãc vitam.i.meam vitam sic infelicem.Si parco significat conseruo:facit parsi:inde parsimonia:si vero significat veniam do facit peperci:hic autem significat continui vel abstinui.Hanccine.i.vtrũ hac causa.i.ꝑpter hanc cãm erã tantopere i.tm̃ cupidus redeundi domũ.cui.s.mihi prestabilius.i.satius vel melius fuerat agere etatẽ.i. viuere vbiuis gentium abundat hic gentium.i. in quolibet alio loco ab isto q̃ me redire huc atq̃ q̃ me miserum rescíscere hec esse ita.i. tales esse lites inter patrem ꝛ matrem ꝛ vxorem discessisse. Nam omne tempus quod est interea.i. inter illud spaciũ priusq̃ id quod affert laborem rescitum est.i.compertum venit in cognitionem est lucro.i.ad lucrũ vel pro lucro:nos omnes.i. apud nos omnes vel nos omnes pro nobis omnibus positum est vt sit casus pro quibꝰ: scilicet nobis omnibus aliquis labor est obiectus.i.oblatus appositus alicũde.i. ex aliquo loco siue ex aliqua occasione. Parme. At id est sed reperias citius sic,id est hoc modo quod rediisti ꝛ discordias esse dedicisti.i.q̃ quo modo expedias te,id est exoluas te his

Sostrata.

Jn hac scena introducitur Sostrata secum loquens: conquerendo de suspitione quam contraxerũt in omnes mulieres viri.Ex quo facile colligi potest animus mitis atq̃ cõpositi illius anus morem.

EDepol ne nos sumus mulieres eque omnes inuise viris propter paucas que omnes faciunt digne vt videamur malo.nam (ita me dii ament) quod me accusat nunc vir:sum extra noxam.Sed non facile est expurgatu:ita animum induxerunt socrus omnes esse iniquas: aut me pol quidem.Nam nunq̃ secus habui illam ac si ex me esset nata.Nec quid hoc mihi euenit scio: nisi pol filium multis modis iam expecto vt redeat domum.

Tertius actus.

Pamphilus adulescens. Parmeno seruus.

Hic est allocutio per conquestionem ipsius pamphili qui bene non se amatoribus verum infelicibus quoq̃ amatoribus comparauit vbi accepit vxorem a suis discessisse parmeno deinde ostendit vel leuissima interdum causa inter mulieres quas pueris comparat inimicitias exoriri.

